R. sece legitimat, nomine deß Gerichtes vnd Amptes F. vnd N. id an sit sufficiens, dubito. Eri-cus Dux le intromittit pro suo interesse ac defen-dit reos suos subditos. Quod ad I. A. attinet, is post factum proclama quidem cōstituit, sed cum à reis in exceptionibus contra Attestationes, 18. Septembris Anno 60. productas allegatur mor-tuus, non absurde hic q̄ritur, an in hac causa fra-ctæ pacis possit quoad illum pronunciari, siqui-dem certi iuris est, quod reo in causa criminali mortuo, † pereat instantia & Reis nomen abolea-tur l. pen. C. si res &c. l. defuncto de public. iudic. late Francisc. Marcus deit. 756. & deciss. seq. pro ut late deduxi in voto meo in causa N. contra K. Verstric-king belangend. Verum cum hic non certo con-stant illum esse mortuum, puto silētio prætereun-dum, ea potissimum de causa, cum meo iudicio sint à petitione actorum absoluendi. Porro, quod obiectum est de examinationis testium ab acto-ribus productorum nullitate, infra examinabi-tur.

Nunc igitur de actione videamus. Instituta est accusatio, ex condicione constitutionis imperii, fractæ pacis, propter allegatam vim publicam commissam, nam id constat ex citatione, ac libel-li summarii petitione quæ incident hic in prin-cipio mandati, nam petitur restitutio lignorum ablatorum ac relaxatio deß Verstricke Manness videtur iudicis officium imploratum, † que cu-mulatio de iure permittitur, per ea que tradit Bartol. in l. secunda, §. 1. numero. 2. de vi bon. raptor. huc pretinet que tradit Abbas. in c. graui. nu. 18. de restit. spoliat. Atque huiusmodi actoribus ob com-minationem hominum ac cōmissam vim publi-cam contra reos competisse viderur, perl. 3. in fin. ad l. l. l. de vi publ.

#### An probata?

Cardo negotii, in 3. 4. 5. & 6. art. posit. in pun-cto citationis, qui habent. Quod rei in die 3. 201 starf. die Louis post Martini. An. 56 mit ein hun-dert vnd 20. Wagen / armis bellicis in actoris fil-uam thāltich Landfriedbrüchigerweise truperint, actorum Vogt / videm verstricke / vnd danon/ vnd das gehawē Bayhels hinweg geführet/ quod autem ligna sint aucta ac Vogt verstricke / probarunt testes actorum, nempe 1. ad. 1. 2. & 3. ar-tic. in punto mandati. Item 3. de auditu 4. testis. 5. ad art. 1. 2. 3. de visu. per 6. Similiter per 9. 13. 18. 21. & 22. qui adfuerunt. Item hisce adminicu-lantur alii testes qui deponunt de auditu. Ex qui-bus videtur concludendum, accusatoris intentio-nem esse fundatam. Verum hisce nō obstantibus contrarium puto, scilicet eorum intentionem nō probatam: Nam primo, contra attestations vti nullius momenti excipitur. Secundo contra-te-stium personas, eorumq; dicta. Quid attinet ad primum, ethi commissio sit emanata in causa

# Circa fract. pacem & examen testium. 55

fractæ pacis & mandati & commissario iniunctum signatim vnderschidlich testes examinare, verum testes tantum in causa mandati examinatos, t̄ quæ causa cum sit civilis, attestations in ea factas non facere fidem in causa criminali.

Secundo. Commissionem examinandi testes tribus dataim, qui eti omnes & singuli expedire eam potuissent, tamen à duobus illam esse acceptam, & ab his duntaxat expediram.

Tertio, alterum commissariorum ab E. Doct. K. subdeleguisse, idque contra formam commissionis & ius, & Camerae consuetudinem.

Quarto, Wilhelmum Decanum jii H. suspicatum, quia subditus Archiepiscopo M. quem causa hæc (vt actores prætendunt) concernit.

Quinto testes extra dilationem iurasse & depoluisse, nam post primam dilationem 3. menses 25. Anno 58. præfixos, qui 25. Augusti effluxerunt, at testes 30. Augusti demum citatos, & sic sex dies post effluxam primam dilationem comparuisse primo, & iuramentum præstisse ultra Septemb. Nec actoribus patrocinari, quod secunda dilatio 23. Septembbris sit decreta, quæ tunc prima elapsa fuit, nec commissario secundam insinuata, nec rotulo inserta, & sic nulliter testes citatos.

Sexto non constare ex rotulo, quod commissarius (prout commissio habet,) notarium adiunctorum singulare iuramento obstrinxerit. Ideoque forma commissionis non obseruata nulliter processum.

Septimo, in citatione, commissarium non inseruisse formam commissionis suæ, ideoque reos non fuisse obligatos comparere.

Octavo. Item in citatione iniunctum actoribus literaria documenta si quæ haberent producere, cum tamen commissio id non habeat.

Nono, ex rotulo non liquere, quod citationes per nuncium iuratam sint executæ.

Dicimo, Testes non compulsos, sed ad eorum superiores scriptum, vt eis præciperen comparet & deponere.

Vndeclimo, citationem contra quosdam testes die dominica nulliter decretam, ex quibus insertum examen nullius esse momenti. Et dato, examen testium iuxta commissionis formam rite factum, tamen contra testes eorumque dicta relevantes prætenduntur exceptiones. Primo contra personas testium excipitur, multos esse actorum subditos, qui rite non sunt relaxati. Primo quia hæc causa concernit eorum emolumentum. Secundo I. 5. 16. 17. 21. 24. 25. & 26. esse Moguntinos eosque non relaxatos, item testes in hac causa criminali non esse ideoneos, nec intentionem actoris probent, quod signatim in singulis testibus ostendit.

Nunc breuiter videamus, an prædictæ exceptiones contra attestations sint probatae ac relevantes. Et quoad primam constat ex rotulo commissionem habere, quod in utraque causa citationis & mandati, testes sint examinandi, & eos tantum super articulis in causa mandati examinatos, vnde liquet commissionis formâ in hoc non fuisse obseruatam, & quamvis articuli in causa mandati dependant à causa citationis, vnum idem-

que factum sit censendum, tamen in causa transdati, qualitas in fracta pace requisita nempe dass es thätsicher Landfriedbrüchiger weise beschehen sey/non est probatum.

Quare t̄ etiam si omnes articuli in causa mandati sufficientissime essent probati, tamen cum requisita qualitas non sit probata, nihil prodest actoribus examen testium ad victoriam. In violatione enim pacis publicæ requiriuntur, ea facti qualitas, dass es mit gewehrter Handt vnd gewaltiger That freuentlich beschehen/prout verba constitutionis habent.

Ergo debet vna cum facto qualitas allegari & probati, quod hic factum non est. Non enim sufficit delictum probare, nisi & qualitas illa t̄ probetur textus est in l. Talcinius §. cum hoc & ibi Glossa. in verb. oportet, & ibi Bartol. Angel. & Zasius. nu. 3. quibus ex causis in pos. eatur. idem Bart. in l. I. §. 1. ne quid in flum. publis. De quo latius infra. Vnde concludo hanc exceptionem relevantem & probatam.

Secunda exceptio parum est relevans: Nam eti nobilis de E. solus testes citarit primum, tamen quia is, vt ex eius missina constat, fuit impeditus examini interesse, non puto examen inuidum, ex eo quod Decanus collega, qui etiam in cōmissione t̄ fuit nominatus potuerit id expedit. perte in cap. cum plures & ibi Canon. de offic. deleg. in §.

Nisi dicamus hic præoccupatam iurisdictionem per t̄ citationem à Commissario E. factam, & sic alias sine noua citatione non potuisset cognoscere, per ea quæ tradit. Ioan. And. in d. ca. cum plures, nu. 2. per citationem enim perpetuatur iurisdiction delegati. notat. Ioan. Monach. in c. quatinus & ibi Philip. Prob. in addit. de offic. delegat. in G. Iason in l. More. num. 56. de iurisd. omn. iud. Sicque per citationem hic est præuentio ac litis pendentia. text. est in clem. 2. vt lite pendent. Sed huic fundamento non usque adeo innitor. E. exceptio non obstat. Nam eti duo commissarii dictam commissionem acceptarint, tamen potuit per vnum expediri, proper t̄ clausulam illam insertam satis vnd souders. Quod vero tertio excipitur commissarium E. Doct. K. subdelegasse, certum est, in eo illi fines commissionis transgressum, nam quartius certius sit, quod delegatus principis t̄ possit subdelegare per text. in l. à iudice. C. 10 de iudicis. c. pastoralis. de offic. deleg. quod etiam procedit per Glos. in clem. vnius de offic. delegat. tamen de stylo Camere receptum, quod Commissarius datus à Camera, non possit subdelegare, nisi expresse in commissione dicatur, quod ideo sit, quia tales commissarii plerumque & fere semper de consensu litigantium ordinantur, proinde mirum non est, quod aliis suas vices non possint committere, faciunt quæ not. Specul. in tit. de iud. deleg. §. sequitur. in penul. colum. faciunt quæ notat Abbas in cap. cum Berchtoldus num. 29. de re iudic. Ias. in d. l. à iudice C. de iudicis. n. 21.

Ad hæc t̄ commissariorum in Camera dato- it rū censetur electa industria personarum, ideoq; subdelegare nō possunt. c. si. de offic. dele. in G. Ancho. in dict. clem. vnius. num. 3. dict. titul. Ias. in dict. leg. à iudice C. 4. C. 55

C. de iudic. num. 17. Verum quoniam res effectum non est sortita non multum insisto, ideo autem hoc commemoror, ut in scilicet vtriusque Commissarii nobilis de E. & Decani arguam. Constat enim ex rotulo, quod & Decanus qui examen perfecit, in ea fuerit etiam opinione, quod putarit in defectum alterius Doct. H. sibi adiungi posse, per viam subdelegationis. Quæ eorum sacerdicia & in scilicet satis declarat, eos ad talem commissionem, in tam gravi causa obeundam parum idoneos fuisse, multumque fidei eorum examini derogari, & de imperitia enim commissarii excipi potest, per ea quæ notat Speculator in titul. de iudice delegat. §. excipi potest. n. 17.

14 Quarta exceptio est Decanum & Commissarium esse subditum Archiepiscopi. M. quem nomine directi dominii controversæ sylvaæ causa concernit. Verum & hæc exceptio ad inualidandum examen (licet per se insufficiens) non nihil adminiculatur.

Quinta exceptio omnium relevantissima est, & per se sufficiens ad inualidandum examen, constat enim ex rotulo testes deposuisse, & fluxa prima & dilatione. Etsi enim iuris sit quod testis iuratus infra terminum vel dilationem possit depolare post terminum de aquitate, præsertim si parti nulla possit imputari negligentia, trahatur que hoc casu eius dictum ad diem iuramenti, propter notat Abb. in cap. licet. num. 20. de probat. Specul. in tit. de teste, §. qualiter. vers. quid si quis. not. in clem. 1. de offic. delegat. Glossa & Bartol. in l. damni, §. Sabini de damno infecto. ibi apost. Alex. Cast. in leg fin. nu. 10. de feris. ff. tamen certum est, quod quando testis iurauit post terminum, non valeat ipsius dispositio, ita notat Angel. in dict. leg. fin. num. 11. de feris. Sequitur Lanfrancus in praxi sua. cap. 2. de dilat. num. 17. Cardin. in clement. constitutionem §. 1. num. 7. de election. Maranta in speculo part. 6. de dilat. num. 19.

Nec iuuat actores quod secundam dilationem 23. Septembris, obtinuerunt, quia ex rotulo non constat, quod hæc commissario fuerit insinuata, sive tantum fuit, ac si illam non obtinueret, cum nimis vigore huius secundæ dilationis, testes non examinarit, nec certus fuit in iurisdictione.

Vnde hanc exceptionem vel solam sufficere arbitror, ad impugnandum rotum testimoniū examen, præsertim in hac grauissima causa fractæ pacis publicæ, vbi de vita ac fortunis & Reorum agitur, cum ergo hic fuerit maius periculum, quam in causa ciuili, maiori cautione aut prouidentia opus fuit, argument. capit. vbi periculum. de election. in sexto.

Sextam exceptionem non puto attendendam, nam licet in rotulo expresse non habeatur, quod notarius Commisario sit iuramento obstrictus, tamen cum forma mandati rotulo sit inserta, puto 27 eodem & die iurasse notarium quo testes, quamvis & ex hoc Commisarii negligentia satis sit clara. Qui expresse rotulo non inseruerit, an & quando notarius iurauit.

Septima exceptio paulo est firmior, quod vide- licet Commisarius non inseruerit tenorem commissionis citationi, delegatus enim semper debet 18 tenorem & sua commissionis citationi inserere,

per ea quæ notat. Bartol. in Auth. qui semel. num. 12. Cod. quom. & quando Iudex &c. Maranta in speculo. par. 6. de citat. n. 75. mibif. 371. alias non valet citatione, nec citatus comparere tenetur. Glossa magna. in cap. si Episcopus vers. item non valet. 3. q. 2. Idem tradit Innoc. in c. 2. de dilat. & hanc communem esse opinionem & in practica obseruari, tradit additio ad Felinum, contrarium tenentem verum non esse opus ut copia inseratur citationi. in c. cum in iure. n. 5. sub lit. d. de offic. deleg. & hæc opinio etiam stylo Camerae est recepta, quod & verissimum est, quædo, vt hic agitur de grauissimo citatorum prædictio. Boer. in d. c. 2. n. 5. de dilatione.

Octava exceptio contra examen testimoniū est relevans ad conuincendam commissarii in scilicet am, qui citauit actores, ad producendum & literaria documenta, de quibus commissio ne verbulum quidem habet, debuisset autem commissarius diligentissime obseruare formam suæ commissionis. leg. diligenter. mandati. Spec. in tit. de iud. legat. §. sequitur in princip. nec potuit de rebus cognoscere in commissione non contentis. Specul. in d. §. sequitur. n. 2.

Quod ergo exceptum est ex rotulo non lique-re, quod citationes per nuncium iuratum sint exactæ, id non attendendum existimo, nam constat ex relationibus rotulo insertis executiones factas, debuisset tamen Commisarius id rotulo inseruisse.

Ad decimam exceptionem non puto valde urgere, quod videlicet allegatur, testes ad compendium non compulsi, sed commissarios ad eorum superiores scripsisse & postulasse, ut iis præcipierent compare, nam sufficere arbitror, quod comparuerint, licet & non negarim, Commis- 20 sarium melius fecisse, qui ipsem testes citasset, ac sub poena illis comparere autoritate delegantis mandasset.

Quod vero decimo, per modum exceptionis allegatum est, commissarium contra nonnullos testes die dominico decreuisse citationem, id quidem iure communi est relevans, quo constitutum, & quod citatio die feriato in honorem Dei 21 non valeat, l. fin. & ibi Bald. C. defer. Specul. in titul. de citat. §. 1. nu. 14. tamen contrarium consuetudine Camerae est receptum, hic faciunt quæ tradit Vant. de nullis. tit. de nullis. ex defact. citat. n. 46. Consultius tamen fuisset vt in hac causa criminali id non fecisset.

Cum igitur ex predictis constet, commissarium nec ius nec formam commissionis suæ obseruasse, concludo, attestaciones, præsertim in hac causa criminali inualidas esse, & neutiquam reos ex illis, in poenam aliam, quam criminalem (si in iurisdictione fundati essent, quod tamen non est) posse condemnari. Ceterum dato examine à commissario rite facto, tamen existimatæ actorum intentionem neutiquam probatam ex eo quod testes plerique sunt actorum & subditi, nem-pe. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 18. 19. 20. 22. quos Dux allegat subdiros actorum, quod quidem illi non negant, sed dicunt illud non obstat, cum sint relaxati in conclusionibus. n. 17. Præterea multi testes atque ipse Commisarius sunt subditi. M. qui, prout allegatur, est dominus dicitus controversa sylva, ideo testes in hac grauissima causa suspecti.

suspecti. Adhuc testes fere omnes, nullam dicti sui concludentem rationem reddere. ideoq; non probare. Verum ut concedatur testes omni exceptione maiores esse, ac factum plenissime probatum, attamen cum generalitas facti, scilicet, das es freuenlich vnd Landsfriedbrüchiger weise beschrehe/ non sit probata, necessario rei sunt ab instituta a actione absoluendi. Hæc enim pœna fractæ pacis requirit verum dolum à quo causa seu ignorantia etiam iniusta excusat. l. ignor. §. potest de liberal. caus. Ias. in l. si id quod de iurisd. emn. iud. Schufff. cons. 4. n. 2. cent. 2. Causa autem quæ reos hoc casu à dolo excusare potest est, quod princeps. E. prætendat ius in d. sylua, & quod id ad defendantam suam possessionem iussit reis tanquam officiariis & subditis suis ligna cæsa auchere suamque possessionem defendere. Igitur rei non poslunt esse in vero dolo, qui mandatum principis iuri conforme (quo licet cuilibet suam possessionem armis defendere, l. 3. §. cum qui. de vi & vi arm. per text. & glos. in l. 1. C. vnde vi.) sunt executi. Et si maxime probatum esset, quod dux nihil iuris in Sylua haberet, tamen iustum rei cedendi habuissent causam, quod etiam diu ante motam hanc litem controversia fuerit de hac sylua, vt deponit 12. ad 8. art. & 13. ad 7. & 14. ad 8. art. quod L. von V. Amptman Ducis in monasterio K. mouterit plurimum controversiam nobili de B.

Præterea 19. testis ad art. 3; deponit, quod audiuit ex socero suo, quod quidam ex familia B. Abbatis in R. saltuario manum in d. sylua amputavit, similem pœnam Abbari tunc comminatus. Non ergo sufficit, quod actores probarint factum scilicet den. Infall / & auctoritatem lignorum, sed requiritur ut probent qualitatem in hac actione requisitam. dist. l. Fulcinus. & l. pen. & ibi Castrens. ne quis eum, &c. Ias. in l. non solum. §. si cum. n. 2. de no. op. lud. Abbas in c. licet causam n. 31. & 33. & ibi addit. de probat. Qualitate igitur huius constitutionis deficiente t̄ de fuit accusatio fractæ pacis, & debet se. qui ab olutio, per ea quæ notat Salicet. in l. 2. n. 4. C. ad L. tal. de vi publica & priuata. Ex predictis omnibus, cum liqueat intentionem actorum non esse probatam, concludo causa ex officio pro conclusa acceptata, reos ab instituta accusatione absolvendos compensatis expensis propter contumaciam reorum;

D. W. concludit mecum. D. S. D. I. D. Sc. D. B. D. P. concludunt nobiscum.

### Votum VI.

#### De officio iudicis circa nullitates.

1. Consors litis quando pro consorte agat sine mandato.
2. De iuramenti calumnia omissione, & quod præ iuramento presumatur & n. 5.
3. De articulis informibus.
4. Res iudicata an agnata preiudicet.
5. De calumnia in secunda instantia iuratur.
6. Articulos rei iure res est difficilis & n. 9.
7. Prescriptio interrupitur per denunciationem nulliti.
8. Exceptiones prescriptionis & rei iudicata quando opponenda.

Prima nullitas est ex defectu mandati: Quæ tam obstat l. 2. C. de consors. eiusd. lit. t̄ Quod

consors litis pro consorte potest, etiam sine mandato maxime hic vbi est contuncta persona, age re, ideo nulla est nullitas.

Alia nullitas t̄ arguitur à iuramento calumniae 2 omisso, sed in actis narratur quod sic. Bart. in leg. Theopompus ff. de dor. preleg. Doctrina Bartoli, quod notario narranti de eo, quod est possibile interuenire creditur, quod scilicet interuererit. Id quo ad primam instantiam.

Venio nunc ad secundam instantiam. Etiam hic omissum iuramentum calumniae, das muss er statte werden.

An igitur articuli sint admittendi, darauff beschlossen ist? Putat cōdictione indebiti actum esse, neque adhuc curat de actione.

Feudum vtique præscribitur.

Putat articulos aliquid facere ad causam, maxime quoad præscriptionem, si essent probati, nec evidentur informes aut informiter gesti.

Er wolt so sagen / t̄ seind die articuli als vñ 3 formlich gestellet/ nicht zugelassen / sondern wolt er abermals formlich articoliren, das solches gehöret werde / vnd darauff ergehen soll was recht ist.

An sententia seu res iudicata t̄ præiudicet a. 4 gnatis?

Et certe non, si fuerint absentes. Doctores in §. si Vasallus de feud. suo si de feudo defuncti controversia fuerit. Vbi tenent quod res iudicata non præiudicat agnatis. Baldus in l. emancipatum, § sed & si pater ff. de senatorib. vbi late tractat, quod etiam felonie & culpa patris non præiudicat agnatis.

At hic fuit pater in lite, ideo non fuit res inter alios acta, imo res iudicata præiudicaret agnatis, etiam si esset nulla, cum sententia transierit in rem iudicata.

Concludit ut iuretur de calumnia, & wolle er formlich articoliren / das solches gehöret werde / vnd darauff geschehen was recht ist.

D. & l. Quod rei iuratunt de calumnia, non dubitat quin & Actores quoq; iuratint, præsumiatur pro iuramento, t̄ quod iudex vtique parti detulerit.

Præsumitur enim omnia solenniter acta, quæ in actis notata sint.

Quoad hanc secundam instantiam, vtique cognoscendum & decernendum, vt actores de calumnia iurent, ist kein zweifel / t̄ cap. 1. de consuetud. 6. rect. feud.

Quod ad punctum principale:

Sunt duæ exceptiones, præscriptionis scilicet & rei iudicata.

Es ist ein schwer ding t̄ articulos zu unterwerffen, in dubio index debet medium viam eligere, quæ paribus minus nocet.

Weschließlicher muss articoliren werden.

Si postea probarint bene est, sin secus, etiam bene est.

Præscriptio t̄ interrupitur etiam per solam 8 dentificationem nunci.

D. S. Vult admittere articulos, quia via probandi non est coangustanda, t̄ sed amplianda, & s̄ane illi articuli, si essent probati relevarent, sed tamen magis concludenter sunt ponendi articuli.

D. R. Idem.

D. H. Tria ponderantur, scilicet mandatum, iuramentum calumniae, & admissibilitas articulorum.

Concludit cum D. Referente.

- 10 D. G. Etiam. Exceptio † præscriptionis, & Rel iudicat̄ sunt fortes exceptiones. Hæc debent ante litem contestatā opponi, quia impedit litis ingressum, illa quando cunq; potest opponi. Admitto articulos ad probandum doch das die beschließ, licher vnd förmlicher gesetzet werden. Actum in se mpleno contilio.

SEQVNTVR NONNVL  
la de officio iudicis circa appellatiōnem.

Votum VII.

CITATIO IN CAVSA APPELLATIONIS BISUTINENSIS, contra Archi-  
episcopum Bisutinensem.

CAROLVS Quintus diuina sauente elemētia electus Romanor. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ atque Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatæ, &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ comes Habsburgi, Flandriæ & Tyrolis, &c. Venerabiли Anthonio Archiepiscopo Bisutinensi gratiam Cæsaream & omne bonum, Honorabiles &c. prudentes nostri & S. Imperii fideles dilecti & gubernatores consules, iurati communitatis & ciuitatis nostræ Imperialis Bisutinensis Cameræ & nobilis membra sacri Imperii humiliiter nobis exposuerunt, quod licet dicta ciuitas Bisutina in finibus seu litibus eiusdem imperii constituta, nobis & Romano Imperio immediate subiecta sit, ciuesq; & habitatores illius, nullum præterquam Roman. Imperatorem & Regem suum supremum dominum habeant aut recognoscant, sic etiam quod curia Archiepiscopalis Bisutinensis, in sede Archiepiscopali & in ciuitate ip'a Bisutinensi teneri & exerceri non solum consuevit, sed iuxta iudicata concessiones seu declarationes olim à diuis Roman. Imp. & Regibus factas & concessas, ibidem permanere, & illinc remoueri non debet aut potest, nihilominus per te, aut Leonhardum de Greueriis tuum assertum officialem, damnis & incommodis præfaræ ciuitatis & sacri Romani Imperii studens eandem curiam ex præfata ciuitate extra eam & limites sacri Imperii transtulisti & remouisti, ac quod Notarii ac pratici illius qui pro maiori parte ciues sunt Bisutinenses eam sequerentur nomine tuo moniti extiterunt? Quare propter causas prædeclaratas & plures alias in instrumento publico nobis ostendo declaratas & deducendas loco & tempore opportunitis pro parte ipsorum gubernatorum & consulum, seu eorum Syndici, tam suis quam omnium ciuium incolarum eiusdem ciuitatis adhærentium nominibus fuit ad Cæsaream maiestatem nostram seu Cameram sacri Imperii pro-

uocatum seu appellatum & deinde nobis humiliiter supplicatum, literas citationum & inhibitiorum cum reuocationibus attentarum, tam contra te, quam Leonhardum de Greueriis & alios sua communiter vel diuīsim interessē putantes eis gratiose dari & decerni: Nos itaque tuis supplicationibus in hac parte inclinati, huiusmodi prouocationem seu appellationem admittentes, eiusdem literas citationis, inhibitionum & reuocationis attentatorum illis duximus decernendas, prout tenore præsentium illas decernimus & intuper te, nec non Leonhardum prædictum, ceterosque sua interessē putantes, ac tam coniunctim quam diuīsi prætentū nostro edicto citamus peremptorie. Quatenus die octava mensis Ianuarii proxime futuri, si dies ipsa iuridica fuerit alioqui prima die iuridica, immediate sequente, coram nobis, vbi curia nostra fuerit vel coram futuro iudicio seu iudice Cameræ, & Assessoribus consistorii nostri Imperialis, si interim illud erigatur & ordinari contingat, in loco vbi illud tum sedebit & ordinabitur, compareas, seu compareant, per te aut Syndicū procuratorem, aut procuratores sufficienter instructos ad causam, vel causas appellationis huiusmodi, cum omnibus & singulis titulis, literis, processibus, actis, iuribus & monumentis causam d. appellationis concernentibus, & in illa processuri & procedi visuri cum ipsis appellantibus, siue eorum Syndico & procuratore, debitib; & consuetis terminis, & gradatim usque ad sententia diffinitiæ, pronunciationem inclusuę, præfatisque appellantibus in his quod iussum fuerit responsuri: & quia pendente lite huiusmodi nihil venit attēndandum aut innouandum tibi & ceteris quibuscumque adhærentibus, districte præcipinus, ne aliquid attentes aut innoues per te vel alios? Quinimo si post & contra huiusmodi appellationem in præjudicem illius & ipsorum appellantum fuerit, directe vel indirecte, quouis quæsito colore aut ingenio attēndatum seu intiouatum, aut per te vel adhærentes nomine tuo ad aliquas censuras aut pœnas processum vel declaratum, illud reuoces & in pristinum statum reducas & reponas. Alioquin si contumax exriteris, contra te oportuniſi juris remedii procedemus. Et quia forte præmissa propter absentiā tuam, non poterunt tibi personaliter notificari. Volumus & decernimus quod si alteri ex officiis tuis à publico Notario, notificata seu intimata fuerint talis intimatio seu notificatio, tanquam in personam tuam facta valeat & teneat, ac omnem roboris obtineant firmitatem harum testimonio literarum, sigilli nostri appensione roboratarum, Datum in Ciuitate nostra Imperiali Colonia, die quinta mensis Novembris. Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, Regnorū nostrorū Romani secundo ceterorum vero quinto.

Votum VIII.

In causa Melchior Ost. contra Claus Ost. Nouemb. 1585.

De officio iudicis circa lapsum fatalium,  
& restituicem in integrum.

Sym-

# Circalapsum fatal. & restitut. in integr. 59

## S V M M A R I A.

1. *Terminus ad prosequendam appellationem à quo præfigi possit.*
2. *An terminus à lege vel iudice statutus à pari processant.*
3. *Minor et as probanda.*
4. *Restitutio non habet locum quando aliud remedium superest.*
5. *Actus judicialis absque tutori gestus ipso iure nullus.*
6. *Petitio debet contineri ad quid debeat restituiri.*
7. *Iudex restituens in integr. de causa principali non cognoscit.*
8. *Clausula si qua mihi iusta causa vis.*
9. *Minor contra lapsum fatalium restituitur.*
10. *Iudex pronuntians causam desertam abdicat à se iurisdictionem.*
11. *Restitutio an actus suspensus.*
12. *Restituzione obtenta omnia in pristinum statum ponuntur.*
13. *Restitutio petitur apud iudicem ad quem.*
14. *De Restitutione cognoscit iudex qui ob fatalium lapsum desertam pronunciat appellationem.*

**A**NNO 1554. 12. Octobris. Deschler comparet pro appellante, & reproducit processus, & acta prioris instantie, & dat mandatum sufficiens 17. Octobris. Idem Deschler dat libellum nullitatis appellationis summarium, dicit appellatum viua voce, petit pronunciari, nulliter vel male iudicatum, &c. cum expensis, contra appellatum ruffen/erken vnd geschehen.

Tandem comparet pro appellato Breuning, purgat contumaciam & dat mandatum, quod est sufficiens, licet alieno sigillo sigillatum, tamen habet clausulas requisitas. Anno 1555. 8. Febr. Breuning dat exceptiones, ordinationis esse, appellationem introducendam, & reproducendos processus in causa spatio à iudice præfixo. Sententiam latam zu Schleßstat 23. Iunii. Anno 1554. Appellatum viua voce in continent, datos apostolos reuerentiales, præfixos appellanti duos menses. Quia tardius hic appellation anbracht/petit eam als desert nit angrenzen cum expensis, & in principio appellante nicht besfigt/ officium.

14. Octobris Deschler dat replicas: Fatetur sententiam latam & præfixos duos menses, vt in exceptionibus. Sed id à senatu Selestdiensi non ita accipi, vt opus sit tali tempore reproducere processus foreque id alias contra priuilegia vrbis Selestdiensis, quibus contineatur iuri appellandi non minus quam 6. menses præfigendos, id offerens probare contra illud priuilegium aetum, cum sibi duo tantum mentes præfigerentur, protestatum appellantem, & rogasse consuetum tempus sibi indulgeri. Dam' ihme diß seines offensiothen protestirens ohnerwogen / kein vnfleisch nicht zugelegt werden möcht/diligentiam in lpatio duorum mensium vna cum socero adhibuisse, mandasse in Straßburger Mes / cuius cuidam Spirensi Wolff Hellmann ihme einen Procuratorn zubefstellen / der ihm notürfliche Proces aufbringen solte/als innerhalb drey Wochen / post interpositam appellationem, sed is mandatarius cum cef saret, se peculiarem nuncium Spiram misisse, qui interpellatus iuxta Memorialzettel/ & literas quas

dat, ad id primum respondet, cum Deschler supplicasset vmb Proces 13. vel 15. Augitti, decretum supplicans diem latæ sententia anzeigen solte / id significasse principali; cum respondisset, & iterum supplicatus esset, im petratos processus 4. Decemb. Quia ergo diligentia appellantis appareat, & breuiori termino grauatus sit, cum tamen insinuatione appellationis decreto Schlestdiensi satisfecerit, sicut eorum Gemil vnd Meynung nicht anders gewesen/ auch durch jren Bescheidt nit anders aufgetruckt / quam vt duobus mensibus appellationem insinuaret. Perit exceptionibus non obstantibus litis contestationem iniungi in euentum. Quia domus litigiosa vltra dimidium plus valeat, dann es angeschlagen / sicut eam offerret acceptare, ipseque sit minor petit restitui ex clausula, si qua mihi iusta causa, &c. & propter paucos dies, qui tamen non per ipsum gestanden / in tantum damnum einführen lassen / ic. Officium, &c. Memorialzettel & missiva cum A. & B. continet I. memorata: legatur.

AN. 1556. 6. Jul. Breuning dat duplicates & cōclu-siones contra replicas Gegenheils/der Meynung præfixi termini, dicit nisi tempus ordinationis valuisse restringere senatus Selestadt. &c. otiosam futuram fuisse præfinitionem, quia iudices à quibus, scierunt appellantem domum paternam appellato, mutwillig vorenthalten / & ad impedientiam executionem appellasse, terminum duorum mensium præfixisse, ad agendum omnia sive & appellans iuxta ordinationem schuldig. Negat de termino duor. mensiu conquestum appellantem, negat priuilegio Selestdiensi contineri minus quam 6. menses præfigi non posse, iuxta copiam priuilegii, quam dat. Priuilegium Selestdiensse facere & appellantem, quod debuerit appellationem diligentissime prosequi, secundum iuramentum quod appellantes præstant. Id non factum, cum per aliquem mercatorem tantum eis blossen Gedenkzettel de negotio gebett/estiuo die, vt tuc tempus fuit, triduo pedestri itinere à Schlestadt Spiram contendit posse, ita nec loci distantiam, nec temporis angustiam excusare appellantem. Reperit exceptiones non elias, domus partium vbi inter coniunctas personas mediocre constitutum interuenientibus coniunctis aliis & curatoribus ordinatis à senatu Schlestdiensi, qui den mangel des alters erfüllset vñ ersezt / ita vt vnicuique so viel worden/ ac si maior fuisse, relinquit ergo in integrum restitutionis petitionem auf ihren vñwerth beruhien. In copia priuilegii continetur, vt in duplicitis de iuramento, & quod appellantes fürderlich nach besten Vermögen vnd gesetzter Zeit der Recht appellationem prosequiren sollen. Datū 1512.12. Octob. concludit ore tenus hinc inde.

## Vota.

Ego, duæ sunt submissiones, altera principalis superdeuolutione, cui opponitur appellationis deservio. II. incidens. III. petita restitutio. Quod ad primam clara est ordinatio posita à lege, ita & à iudice, † à quo possit præfigi terminus ad prosequendam appellationem. 2. part. ordin. tit. 30. Sic etiam de iure communi in c. cum sit Romana, cum ibi notat. de appellat. capit. primo. §. per hoc de appellation. in sexto. Et ita sine controversia

com-

communiter traditur si iudex, vt in casu nostro appellationi detulerit, dando reuerentiales. Philip. Franc. ea. cum appellationib §. 1. de appellation. in 6. c. licet. vbi gl. 2. quæst. 6. ca. reprehensibilis de appellation. Et similiter concordant ordinatio & ius communne, nisi tali termino appellationem præstet, quod dicit appellationem habendam pro deserta, & iudicem priorem exequi debere sententiam à se dicam. Ordinat. d. tit. §. vnd sol also in einem cap. personas. cum ibi notat. de appellat. Bald. in leg. eos, in princip. C. de appellation.

Et sic æquiparantur termini isti, succeditque terminus à iure præfixus in locum termini iuris. Ordinat. diff. tit. in princip. Panorm. cap. cum sit. extra de appellat. Sed quid præstari debeatur in termino à lege præfixo appellati in hoc iudicio, ordinatio ne clarum est, processus item impetrare & reproducere. An idem in termino iure præfixo? Et de iure communi sicut opinio, de quibus Baldus ad Specul. tit. de appellat. §. nunc breuiter. nu. 19. verb. statuimus. & Bald. ad Speculat. ibi sententiam tuetur, quod iter arripere, vt & inchoari sufficiat. Et Dec. 94. in Nouel. 15. tit. de appellation. Ait appellanti non imputandum, si effectualiter non prosequatur, nec quidem iudici à quo insinuationem facere opus esse, & tamen is insinuatione non facta, suam sententiam exequetur, tamen appellatio nem non desertam, sed si post obtineat appellans, executionem retractandam. Sed in hoc iudicio ordinatio nihil videtur in d. tit. 30. etiam in termino hominis expresse contrarium statuere. diff. §. Vnd sol also / ic. ibi prols & legis & hominis terminum sine vla differentia significatione æquiparat. Cui concordat opinio aliquor Dd. de quibus supra. Etiam eum sensum excludere præfixione iudicis in calu nostro, dum ait, insinuiren vnd anbringēn. Sed qua mente, si iuxta locorum & personatum conditionem, si iuxta d. ordinat. loco prædicto & iura communia. cap. cum sit d. c. personas. de appellation. fieri potest, vt qualiter casu nostro moderata videtur. Nec obstat quod appellans adducit ciui Selestatis qualis ille sit, in sua ciuitate appellanti, vt hic factum cum oportere iuxta priuilegium, ibi minus temporis quam 6. menses præfigi, nam id quidem priuilegium in copia exhibitum non differit, sed simpliciter mentionem facit, appellantem diligentiam adhibere debere, nach besten Vermögen vnd gesetzter Zeit des Rechten/ appellatione nachzufolgen vnd pro sequiren/ quod neutquam excludit, iudicem posse tempus lege statutum restringere. d. cap. cum sit Romana & ibi glos. & Dd. de appellat. Neque etiam casu isto magnam diligentiam adhibitam ab appellante apud acta comparat, cum facile potuerit talis adhiberi, quod omnia prætentur iuxta ordinationem requisitam in termino à iure præfixo. Itaque aliter affirmare non possum, quam causam habendam pro deserta.

Quoad restitutionem & etiam adhuc ad ea, quæ producta sunt, decernere non possum, vt cū etatem minorem allegare non sufficiat, sed etiam probare oporteat, quando vt hic allegantis intentionem fundat, vt quamdiu non probatum, contrarium præsumatur. glos. l. cum te. C. de probation. l. si minorem. vbi Bart. C. de in integr. restit. Similiter etiam restitutionem cap. auditu in si. & seq. de in integ.

restitut. Salycet. in leg. i. in fin. C. si aduers. rem iudic. Videndum an simpliciter nunc deneganda sit restitutio, an admittenda vel iniungenda probatio. Et dupliciter id quæri potest. Primo, an antequam super desertione pronuncietur, & videtur quod non, quod enim vt dictum est, non appetat, & præsumendum non est, maxime etiam contrarium præsupponentibus actis primæ instantiæ: ita que cum adhuc pro maiori habeatur, non puto omitti posse, præcipue etiam, quod ius quæsumum iam est parte aduersa. Fræposit. cap. personas. de appellat. Et si attendi id oporteat, cum etiā adhuc ex propria appellantis confessione minor sit appellans, nec sic quidem recte iudicio interesse videatur. leg. i. C. si tut. vel curat. glos. in l. illud. §. si talis. ff. de minorib. 25. Ann. Salycet. in l. non eo minus. C. de procurat. ad fin. Idque in quacunque instantia Bal. Castren. Alex. & Ias. vnde Bart. in l. alienam. C. de Procurat. Franci. Vant. trattas. nullitat. tit. ex inhabilitate vel defectu mandati comparent. nu. 34. II. An post denunciationem super desertione. Et ne sic quidem videtur, quia regulariter traditum est, restitutio locum non esse, t̄ quamdiu aliud remedium competere potest. l. in causa. de minor. Bart. & Salycet. in l. final. C. si aduers. rem iudic. &c. Vel si ipso iure tutus est. Salycet. l. de tutela. n. 2. C. de in integr. restit. l. 2. C. quando prouocar. non est neces. &c. Atqui casu nostro, si minor ætas in appellante vere subsistit, t̄ & sine tute vel curatore in iudicio fuit, iam quicquid actum tum est, & in primo & inhoc iudicio corruit, & ipso iure nullum est, q contra eum pronunciatum vel pronunciabitur. l. acta. §. ff. vbi singulariter. Castren. notat de re iudicat. l. 1. ibi Dd. C. qui legit. person. standi in iudic. &c. Guid. Pap. pulcherrime. decis. 494. Neque enim distinctio l. si curatorem habens C. de in integrum restitut. procedit in iudiciis. Bart. Castren. & alii in l. pen. C. si aduers. rem iudic. Pronunciatio vero super desertione nullitatis prosequutionem non permit maxime principalem. Bart. in l. si expressim de appellat. Cui accedit dubia & incerta appellantis petitio, ex qua intelligi t̄ non potest ad quid petat restitutio, possit itaque peti, vt prols hic decerni non debeat nec possit, veluti si in principali restitui velit, quia id quidem adhuc ad nostram iurisdictionem non videtur pertinere cum in eo, in hoc iudicio l. s. esse non possit: sit vero indulgenda restitutio in eo tantum, in quo quis l. s. est. Vnde etiam existimo eam allegationem, quam hic de l. s. nunc produxit appellans, cum ad principalem causam potius eam intendere videatur, recipi non posse: Quia regulariter traditur, quod iudex in integrum t̄ restituens, non prouinciat de principali negotio, sed solum l. s. probata, rescindit sententiam quæ l. s. induxit. l. 1. & ibi Salycet. C. si aduers. l. s. bert. l. 2. C. in quib. caus. non est necessar. in integr. restit. l. alterius. in princip. de tutela & rationib. distrah. Itaque omnino concludo, adhuc quidem restitutio non indulgenda. Sed an facienda sit aliqua reseratio, ne si vere l. s. sit appellans, & alioqui ei iustæ cause competant, ex quibus ei possit succurriri in totum eam sibi denegatam existimet, valde dubio. Et videtur mihi quidem vix commode fieri posse, nisi domini velint tali forma admittere. Auf fürbrachten t̄ Ursachen / wie gebeten / ab. 8 geschlagen.

geschlagen. Petit enim ex clausula, si qua mihi, &c. quæ locum habet tantum in maiorib. l. i. ex quib. caus maior. in integr. restit. l. Panthonius ff. de acquir. heredit. Sed quod minor contra fatalium cursum veniat restituendus, si t̄ probetur, omnino existimo. Bart. in l. præses. C. de appellat. Ab expensis adhuc quidem excusare appellantem, non possum, cum aliæ quam super desertione nullæ factæ, & quæ ante eam factæ sunt, omnino iuxta pronunciacionem, quam supra conclusi, appellanti sint impunitanda. Ad dubium infra motum à D. C. quod Iudex appellationis pronuncians causam desertam, abdicat t̄ à se omnem iurisdictionem: itaque videtur in casu nostro pronunciationi super desertione subiungere non posse cognitionem & sententiam super restitutione. Potito, quod restitutio & eius petitio dicatur actus t̄ suspensus. Speculat. de restitut. in integr. in princip. Matant. de ordin. iudicior. part. 6. §. 2. num. 77. facit tit. C. de in integr. restitut. Item quod videtur restitutio obtemperata omnia restituia pristinum t̄ statum las. in l. interdum. nu. 4. ff. de condic. indebit. Et tunc haberid contra quod sit, ac si factum nunquam esset. Roman. decis. 446. in Nouell. 62. tit. de appellation. &c. Secundo quod mihi videtur, si super restitutio non cognoscemus, nullum esset fere iudicium, quia de his, quæ hic acta sunt, index ordinarius vti inferior, neutriquam agnoscit, vnde & tali casu si restitutio petatur contra sententiam illius, à qua appellari non potest, eundem esse Iudicem restitutio. Text. est expressus in l. præf. de minoribus. Et expresse in terminis nostris, quod minor, si non fecit prosecutionem appellationis, debeat restitutio petere coram Iudice, ad t̄ quem, expresse not. Bart. in l. præses prouincia. Cod. de appellation. concord. Bald. in l. cum & minores. num. 5. Cod. si aduers. rem indicat. Et in terminis: quod ob lapsum t̄ fatalium appellatione deserta, de restitutio cognoscat Iudex, ad quem vid. Cardinal. in c. ex ratione, vbi alios allegat. de appellat. &c.

D.R. quoad desertionem concludit mecum per omnia, esse exordinat. clarum, & oportere omnino super desertione pronunciari. Secundo quoad restitutio, dubium & incertum, ad quid pertinet restitutio, & quia proponit Heilman Mercatorum, qui mandauit, se neglexisse, mōge er agit, ten mandati contra eundem, si quidem velit restitui, quia minor in fatalibus id iux. ne fieri non posse, sed maxime ideo non, quia causæ adductæ ad id non sufficiunt. Nam non sequitur, sum minor, sum læsus in causa principali. Ergo contra fataliū lapsum sum restituēdus. Si vero velit restitui in causa principali, iam multo minus, quia non sumus fundati in iurisdictione, competere ea debet apud Iudicem, à quo, vbi si lädatur, tum demum appellare debeat. Habere ergo duo bona remedia nullitatem, quam adduxit, & ut restitutio petat coram ordinario, vult abschlägen/ auf fürbrachte Ursachen.

D.G. in puncto desertionis mecum, in puncto restitutio mecum, vt R.

D.A. de desertione, vt ego. Tamen videri sibi iuxta ordinationem posse aliquo modo excusare appellantem, quia paruerit præfinitioni à se factæ per Anbringung/ dando supplicationem. Quod

si ordinationis verba recte perpendantur; non debeat importare omnia illa ab ordinatione, quæ requiruntur, sed tamen insinuationem & petitionem, sicut etiam meminerit, in quibus d. locis in præfixionibus, tamen insinuatio requiratur, tum concedet nostram ordinationem. Intellectum hactenus ita obtinuisse in pucto restitutio, vult facere reseruationem. Quoad restitutio m. vult eam etiam mecum denegare: sed velle facere reseruationem, vnd ihmē helffen so v̄ el ihmē müglichen / vult etiam in pucto desertionis compenfare expensas. D. H. & D. M. per omnia mecum.

D. L. hab ein Dubium ex eo, quod sit Clemētina tir. de appellation. Quæ velit, quando Iudex appellationis causam pronunciat desertam, quod tunc omnem à se abdicat iurisdictionem, & pronunciate vterius non possit: Itaque videri & hoc casu, si exprimatur desertionis mentio, subiungi mentionem & cognitionem super pucto restitutio non posse, gibts vnd nimbs zubedencken. Tandem iuxta meam sententiam concordat, item D. St. pronunciatum 16. Novembbris, Anno 1558 ist solche Sach als desert / an diesem Keyserlichen Cammergericht nicht angenommen worden / auch gebettene Restitutio auf vnsformlich vnd vnschließlich fürbringen/ vnd begern hie mit abgeschlagen vnd erkende/ daß ermehrter Appellant ihmē dem Appellaten die Gerichtskosten derhalben aufzgelaufen / zubezahlen schuldig.

## II.

### DE OFFICIO IUDICIS CIRCA PUBLICA.

#### Votum IX.

De moderationibus collectarum.

In causa

Fiscalis contra Ciuitatem Imp. &c.

E Manatum monitoriū poenale super aliquot Ziel Anno 1555. Reiffstock hab bericht/ quod erlegt. Petit adhuc terminaum. Fiscalis sey nit mehr als 200. flor. alle Jahr erlegt/ cum teneantur ad 300. petit pro reliquo/ Reiffstock dat Urkund bescheineter Moderation/ cuius tenor Wilhelmus Dux l. facetur, quod Anno 1551. eine Ringerung er antgt/ cuius petitionis Urkund dat ex matricula moderatorum im perii lib. zugestellet als Obersten des Kraß/ meldet tantum. der Röttner zug. Datum An. 55. Fiscalis proponit generali hab für gebrachte Moderation mit des Keyserl. Cammergerichts Underhaltung nicht zuhun/ sey nie in des Cammergerichts Underhaltung/ Ringerung oder Moderation bewilligt/ petit declarationem monitoriū, vnd ferrner Proces/ cum expensis.

Reiffstock dicit, qui in einem moderit/ müsse moderation im andern auch folgen.

#### Votum Referentis.

Fiscalis habet intentionem probatam iure, confessione & facto Reorum iure, quia monitorium decretum iuxta matriculam, quæ omnes ordines constituit debitores, ergo tenentur. Confessione, quia

quia Rei satentur tributum, ut à Fiscali petirur, se  
ante soluisse, sed allegant moderationem. Verum  
priuatio p̄cepit habitum. Facto Reorū, quia  
soluerunt ab Anno 1521. vsq; ad 1553. inclusue, ad  
idque soluerunt post moderationem Anno 152. &  
contrauerunt moderationi ipsi factæ. Secunda  
ergo quæstio: An intentio Fiscalis elisa, & produ-  
ci documentum moderationis, sed parum pro-  
desse, quia nō datum ab ipsis moderatoribus, sed  
ab alio, qui testatur de documento sibi etiā trans-  
missio, cū aliud esse possit forte moderatorū etiam  
desiderat in hoc docum̄ éto sentent. moderatorū  
2 & est omnino, quia Abscheide tribuit † certis per-  
sonis moderationem, a quib⁹ documentum, vt  
factum ab Aquisq⁹bus in causa Fiscalis contra eos  
Underhaltung belangendt. Etiam moderatorē  
solere concludere moderationē sub appellatione  
statuū & Imperatoris, vt similiter est in instru me-  
to producto Aequensium contra Fiscalem. Et da-  
to quod sint moderati, & quidem olim cum po-  
3 sitas imperii Imperatori fīl. regia delata, ipse cæ-  
terum facultatem moderandi habet in iure cer-  
tam formam pr̄scriptam. l. ante omnia. vbi gloſ. &  
Dd. C. de Castrenianis, &c. lib. 12. Et requirebatur  
subscriptio expressa Imperatoris. l. probatorias. C. de  
diuers. off. & apparitorib. Iud. &c. lib. 12. Et iure noui-  
simo accessisse approbationē st̄ tuui iuxta au-  
re m bullam, sed inducta moderatione, hic ea re-  
quisita deesse, & imo Moguntinus nuper rescri-  
cōclusionem in causa, omnes probationes exclu-  
duntur, † cum conclusio nihil sit aliud, quā lapsus 40  
temporis ad probandum. Felin. *in c. cum dilect. n. 4.*  
*de fid. instr. Ang. in l. et si restitutur, §. i. de iudic.* Negat  
depositiones deduci post conclusionem in causa,  
nisi ex magna æquitate ita visum fuerit iudici,  
Menoch. *de arbit. q. 35. num. 25. lib. i.*

Tertio, quia non est verisimile, probationes de novo iam esse repertas, sed quod verisimiliter est, falsitatis debet esse imago, c. quia semel, ibi Bald. & Felin. de presumpt.

Quarto, quod ex testificatis constet, asserta consuetudinis contrarium potius vigeat in d. Archiepiscopatu illo, quam quod Reus se inde iuuare possit: sed quia ex relatione causae principali satis constat, praesertim ex depositione tertii testis ab auctore producti ad interrogatorium septimi replicatorii articuli, ubi de validitate huiusmodi

# 76 Clas. IX. Vot. II. De variis instrument.

divisionis & transactionis quæsumum est.

Quinro dato, quod non attentis his à D. emeratis causis, essent admittendi articuli, & conclusio rescindenda: tamen hæc admissio effectu carceret: Nam hi articuli etiam probati per restitutionem ab actrice ex causis prætensis petitam & obtentam in omnem euentum nil reuearent, quia per eam rescinderetur contractus, siue is iure communi, siue iure consuetudinario fuisse validus, ideoque nec eorum probatio admitten-

42 da erit, quia † probata non reueuat, *l. ad probationem, vbi Bald. Cod. de probat. cap. cum contingat. de officio delegari. Specul. de testib. §. quarito, num. 1. & 2. §, nunc videndum, num. 4. Koning. cap. 69. per c. dilecti. de except. cap. fraternitatibus de testib. Welenb. cons. 38. numero 60.* Nec est admittenda probatio eius, quod probatum non reueuat, *Specul. de libell. concept. in fine. Gloss. in l. si creditur, num. 4. Cod. de pignorat. actio. Welenb. cons. 2. num. 62. circa medium.* Et sic iniuitliter quæritur de hoc, quod nullum operatur effectum, *l. 3. Cod. quando dies legator. vel quod nullo casu potest verificari, l. successores, & ibi Salicet. C. ad leg. Falcidiam.* Quinto accedit, † quod dicitur, omnes probationes dependere ab arbitrio iudicis, *Gramm. de iur. 92. in fine.* Sed arbitrium iudici cōcessum censeret ad ea solummodo datum, quæ à iure communi constituta sunt, non etiam quæ iure naturali veniunt, prout ne testes alii recipiantur deducuntur testificari. Est æquitate naturali factum, ne aliis alii insidietur, *d. auth. at qui semel, de probat. Menoch. quæst. 34. num. 1. lib. 1. & licet hoc declaretur per d. Menoch. ibid. vt exceptio illa testium in aliquibus casibus permitti possit, cum tamen nullam rationem subesse videam, quæ hoc casu Iudicem mouere possit, dictæ conclusioni inhæreo.*

## Sententia.

In Sachen weilandi J. R. genandt P. vnd Margaretha / desselben Haufffrau / jcz deren hin, derlassen Kinder vnd Elägere ens / wider D. von G. Beclagten anders theils / seind die Articulen 21. Aprilis, Anno 70. vnd 14. Octobris, Anno 75. inkommen nicht/sondern die Sache von Amptes wegen/für beschlossen angenommen/dar, auff vnd allem fürbringen nach zu Recht erfandt/ daß gedachte Elägere/ wider die in Actis angezogene, ne theilung zu restituiren vnd inzusezen / vnd weilandt D. von H. vnd Elar e von F. rechte Erben seyn. Derowegen sie darzu ihren gebürenden halben Theil / aller vnd jeder derselben verlassenen Güter/ Erbschafft zugelassen werden sollen / Die wir auch hiemit also respectiu restituiren zulassen vnd erkennen / daß gedachter Beclagter solchen gebürenden halben Theil/ sampt aller auffgehabenen Duzungen / so daruon auffgehaben / oder auffgehabden werden mögen/ Von zeit / er Beclagter sich solcher Erbschafft unterzogen/einzuarbeiten/ zu zufellen/ vnd erlegen zu lassen / darzu auch die Gerichtskosten an diesem Kays. Cammergericht auffgelauffen / den Beclagten nach Richterlicher er-mäßigung ihnen den Elägeren zu entrichten vnd zubezahleu/ schuldig seyn / Als wir sie hiemit solche zuentrichten vnd zubezahlen condegniren vnd verdammen.

## Votum II.

De instrumentis, Erbeinigung/ Renunciationum, cum iuramento, Transactionum, Compromissi, Quietantiarum, cum iuramento, Libris rationum Tutorum, & Iuramentis in item.

### In causa

Annx geborne von R. uxoris quondam E. von S. Baronis nunc l. von T. Appellantis in priori instantia actricis,

### Contra

S. von R. Appellatum in priori instantia Reum.

## S U M M A R I A.

- 1 Testes an in scriptis deponere posint?
- 2 Petitione qua pluribus potest adaptari actionibus, informis est.
- 3 De actione protutela & cui: ac ad quid detur.
- 4 Tutor non debet se immiscere sine iudicis decreto, & num. 14.
- 5 Contra curatore datur actio negotiorū gestorū viilius.
- 6 Actio in dubio actori viilior eligenda.
- 7 Tutela actio, quare pra alijs vicinis eligenda pulchre ostenditur.
- 8 Libellus propter clausulam salutarem sustinetur.
- 9 Circa qualitatem persona initium actus gesti inspicendum. (sa.
- 10 Cumulatio actionis tutela & negotiorū gest. permis.
- 11 Filia presumptione iuris est heres.
- 12 Tutelam habet proximus agnatus.
- 13 Tutor legitimus si non petat pupillo tutorem eius successione priuatur.
- 14 Verba Gerhabschaft/Pflegvätter/tutela & tutela conueniunt.
- 15 Tutor in dubio videtur pro pupillo facere actum.
- 16 Donare sua ciuibet licet.
- 17 Pacta de futura successione quatenus in favorem familiæ valeant. (mentum.
- 18 A contrahibus ad ultimas voluntates valet argu-
- 20 Limitata dispositio limitatum paris effectum.
- 21 Tutor agit contra pupillum contraria tutela actione.
- 22 Societas non probatur ex eo, quod hereditas indiuisa.
- 23 Communis nō efficit res empta ex cōmuni pecunia.
- 24 Empta pecunia a ementis, res presumitur.
- 25 Scriptura non recognita non probat.
- 26 Propositorum in mente retentum nihil operatur.
- 27 Legitima iure naturali debita. (n. 19
- 28 Tutor debet exposita libris rationum inscribere. &
- 30 De instrumento transactionis sigillato.
- 31 Heres factum defuncti tenetur approbare.
- 32 De compromissi instrumento.
- 33 De iuramento in item contra tutorem praestando.
- 34 Tutor tenetur, si actiones pupillo competentes non mouit.
- 35 Prinatio habitum presupponit, & eius rei exemplū.
- 36 Inventarij omisso facit presumptionem contra tutorem.
- 37 Compromissum vim habet transactionis. & nu. 45. & 46. & an retractetur ob lesionem. n. 38. (tur.
- 39 Iuramenti loco quādo Handgebene treuw habe-

- 40 Minor etatem probare debet.
- 41 Compromissum cum minore nullum, quia est species alienationis n. 42. & decreto opus habet, nec tutorum consensus sufficit, num. 43. alias est ipso iure nullum, num. 44.
- 47 Tutor in facto proprio autoritatem adhibere nequit.
- 48 Renunciatio minoris non valet: nec ratificatio à minorenne facta, num. 49.
- 50 Confirmatio non valet, cum confirmatum est nullum.
- 51 Liberatio minoris non valet: etiam cum iuramento, § 2.
- 53 In liberacione generali non est remissus dolus.
- 54 Procurator ad lites est maritus, non ad negotia uxoris.
- 55 Maritus non potest quietare nomine uxoris.
- 56 Consuetudo non probatur per testes singulares: & ius probatio difficilis, num. 57. Et notoria non probanda, num. 58.
- 59 Læsio quando ex presumptione probetur.
- 60 Minor contra transactionem restituitur.
- 61 Tutela administrationem qua procedere debent.
- 62 Inventarium non conficiens est in dolo: vt & qui non facit librum rationum, 63. vel non reddit rationem, 64.
- 65 Negligentia non dolus consuetudine vel testamento remitti potest.

Casus:

**Q**uondam B. & G. à K. fratres à Martino à K. legitime progeniti ex titulo donationis L. Archiepiscopi Salsb. cognati, quædam bona, prædia, castella, feuda, & feudorum dominia, vna cum vasallis, emphyteusis & prouentibus ac iuribus ea conditione acceperunt, si contingere aliquando, ambos fratres sine legitimis filiis mori, & iolas relinquerent, prædicta bona, ad S. & W. confratres à K. cognatos suos iure hæreditatis transmitterentur, eo tamen sub pacto, vt dicti fratres S. & W. præmortuorum B. & G. relietas filias, singulas 400 flor. de bonis ad se transmissis dotarent. Et è contrario, si S. & W. ante B. & G. sine filiis decederent, hi similiiter illorum relictis filiabus tenebrentur. Erat tamen à donatore virisque parti concessum, vt quilibet eorum posset sua bona, si necessitas urgeret, alienare, denunciatione alteri parti facta, quæ si vellet eademi bona emptionis titulo iusto prorio ad se recipere, possent. Super eodē pacto confessum fuit hinc inde instrumentum, quod illi vocarunt Erbeinigung oder Erbbrief. Deinde Anno 1530. mortuus est dictus B. intellectus vñica filia Anna relicta, cuius bona quæ extra prædictā donationem, partim ex hæreditate paterna, partim è suo ære comparata habuerat, frater suus G. à K. & eo defuncto, filius eius Sebastianus à K. sine decreto iudicis occupauit, siliamque Antiam ad se recepit, atque nullo facto inventario, neque codice administrationis se nomine Annae administrationi & gessioni bonorum eius immiscerit. Cum vero filia iam esset annorum 14. eamque generosus E. à S. sibi sponsam ambareret, d. S. à K. conuocatis tam suis, quam pupillæ suis consanguineis, nullo exhibito inventario, neque redditis rationibus perceptorum & expensorum rem per viam compromissi cum pupilla minorenni translegit, ita ut pupillæ daret 1000,

flor. pro bonis paternis, & 900. pro maternis. Ipse vero tam paterna quam materna bona ad pupillam spectantia, sibimet sine decreto Iudicis reseruavit, & insuper à pupilla instrumentum compromissi, deinde aliud instrumentum renunciationis, & postremo quietationem extorsit. Postquam autem pupilla domino S. iam despontata, & domum deducta fuisset, seque per dictum compromissum, & secutam transactionem enormiter læsam sensisset, statim per literas à tutele petiit, sibi de administrata tutela reddi rationes, & bona paterna vna cum maternis restitui. Tutele tergiuersante, res ad Episcopum Salisburg. in iudicium deducta est, ubi cum generali actione tutelæ à pupilla instituta diu litigatum, tandem pro tutele absolvitoria sententia lata, à qua d. actrix ad Cameram appellauit, vbi super actis prioribus, conclusione utrinque facta, tandem Anno 67. mense Martio, sententia prioris instantiae confirmata pro dicta pupilla actrice pronunciatum est. Referente D. L. S. correfente D. I. N. Iuris consultis clarissimis.

Votum Dn. D. N. Corref. in ea-  
dem causa.

In processu utriusque instantiae nihil desidera. Quod vero testes plerique omnes utrumque producunt in scriptis deposuerunt, contra receptum à iure communi morem, an ob id nullitas commis-  
sa sit, infra dicetur. † Circa iniuriam videlicet. Primo de actione, in cuius investigatione, cum conclusio libelli attendi debeat. Bart. in l. Aurelius. §. Sticho, delib. leg. per text. & ibi Canon. in cap. ex parte deforo compet. Abb. in cap. litera. de dilat. Socin. consil. 160. num. 2. lib. 2. Alex. in l. certi condic. num. 2. si cert. pertat. ac constat libelli summariam petitio-  
nem, super qua lis contestata, valde generalem es-  
se & vagam: dubitari potest de actione. Nam pe-  
tit actrix pronunciari; reo non licuisse bona pa-  
terna & materna ad se devoluta, als eines unvogel-  
baren Kindes vñ Pupillen/dessen er Gerhab gewe-  
sen ist/de facto occupare, quod ratione prædictorum  
bonorum teneatur reddere rationem adminis-  
trationis suæ, & reliqua restituere cum fructi-  
bus & expensis. Hæc sane † petitio informis est, &  
quia pluribus actionibus adaptari potest. Tribus enim actionibus conuenit, scilicet actioni tutelæ  
directæ generali & protutelæ & negotiorum ge-  
storum vtili. Nam duabus illis peti potest reddi  
ratio administrationis & restitutio reliquorum  
per id quod de actione negotiorū gestorum tra-  
dit Bart. in l. 2. de negotijs gestis. Quas omnes actrici  
diuerso tamen respectu competit arbitror. Nā  
actio tutelæ directæ competit finita tutela adulto  
contra tutorem omnem, siue sit testamentarius,  
siue legitimus, siue datiuus, quia ea fecit, quæ non  
debuit, & quæ debuit non fecit, l. 1. in princ. & ibi  
Bart. de tut. & rat. distract. vbi dicit, quod tutor te-  
nitur de gestis & neglectis, l. quicquid. l. 3. §. i. de  
adm. tutel. Rosf. in tract. libel. de action. tutel. Petrus  
Iacob. de libell. rub. de act. tut. direct. Quæ actio sine  
dubio competit actrici contra reum tanquam  
hæredem patris sui, l. tut. Cod. de arbit. tutel. l. 1. §. per  
hanc de tut. vel etiam contra reum, quatenus in pu-  
pillari ætate actricis, tanquam legitimus tutor re-  
bus actricis se immiscerit. 2. videtur intentata

## 78 Clas. IX. Vot. II. De variis instrum:

3 actio † protutelæ directa, quæ datur aduersus illum, qui credens se tutorem, cum nō esset, vel fir-  
 gentem se esse, negotia alicuius gerendo, l. i. §. i. &  
 2. & l. quaro, de eo qui protutore, vbi Bartol. Azo in  
 summa, Cod. eod. Castrens. in l. qui pupille, num. 2. C.  
 de negot. gest. & quidem hæc actio cum in hære-  
 dem detur, l. 2. C. de hered. tut. puto & illam com-  
 petuisse astricti, contra Reum tanquam hæredem  
 parris sui, vel aduersus ipsum ex proprio suo fa-  
 cto. Et in hanc actionem venit eadem fides & di-  
 ligentia, quæ in vero tutori requiritur, l. pen. de eo,  
 quod pro tut. Azo in summ. C. eod. num. 5. Inspecta au-  
 tem facti qualitate totius causæ, videtur hæc actio  
 instituta, cum pater Rei & ipsem Reus, et si le-  
 gitimi tutors essent, sine decreto iudicis, admi-  
 nistrationi rerum pupillarium se immiscuerunt  
 de facto. † Tutor enim ex sola administratione  
 non dicitur, l. i. & ibi gloss. de eo quod pro tutor. & l. 2.  
 §. si mater, in verb. nec legitimo ad SC. Tertull. & paria  
 sunt, non esse tutorem, & non habere administra-  
 tionem. Castr. in l. si tutor, n. 2. C. ex quib. cauf. in integ.  
 5 per illum text. 3. Petitione libelli inspecta, † dlc. po-  
 test, actione utili negotiorum gestorum actum:  
 nam hæc contra curatorem datur, l. ait prator, §.  
 hanc actionem, de negot. gest. cum simil. Spec. in titul. de  
 iud. §. 2. num. 6. Bart. d. l. 3. §. hanc actionem, per ea, que  
 Rofred. de utr. act. neg. gest. p. 1. Cum igitur libelli  
 conclusio ad tres illas actiones adaptari possit, vi-  
 deanturque contra Reum competuisse: viden-  
 dum quæ illarum sit utlitor, † cum illa in dubio  
 censeatur intentata, Innoc. in c. dilectus, de ordin. co-  
 7 gnit. Riminald. in l. certi condicō, si cert. pet. † quare  
 concludo, institutam generalem actionem tute-  
 lae directa, quæ astricti utlitor est, quam actio pro-  
 tutelæ, quia in illa non veniunt ea, quæ non attri-  
 git gerens, l. i. §. in protutelæ, vbi Bald. de eo quod pro  
 tutore. Azo in rub. C. eod. nu. 5. quod locum habet in  
 actione negotiorum gestorum, l. tutori, & ibi Dd. C. de  
 neg. gest. l. si pupilli, §. videamus, vbi Bart. eod. Item in a-  
 ctione tutelæ bona gerentia sunt tacite obligata  
 pro mala administratione: in actione vero nego-  
 torum gestorum secus. Castrens. in l. quod pupilla,  
 n. 2. C. de neg. gest. sed in actione tutelæ etiā veniunt,  
 quæ gerere neglexit, l. i. §. C. de adm. tut. & inf. latius  
 dic. Et hanc actionem intentata declarat Rea in a-  
 ctis, præcipue in cōsilio iuris in priori instātia pro-  
 ducto. Que declaratio intentionis astricti permis-  
 sa fuit vsq; ad sententiam Dd. in l. edita, C. de edend l.  
 si quis intentione, & ibi Bartol. & communiter Dd. de  
 iud. Et libellum ita interpretari & sustineri posse  
 8 existimari, † propter salutarem clausulam sub-  
 iectam omni meliore, &c. & petens iustitiam, &c.  
 per quas omnia iuta, quæ ex narratione colligi  
 possūt, deducta & intentata censemur, per ea que  
 tradit Abb. in c. 2. nu. 52. & ibi aliij de ord. cognit. Dec.  
 late in c. cum super, n. 12. de off. deleg. idq; eo magis cū  
 tolerabilis petitio sit admittenda, quando actio, vt  
 hic ex probationibus possit sustineri. Innoc. in c.  
 examinata, n. 2. & ibi aliij, de iud. Adhæc satis ex actis  
 liquet, tempore mortis B. astricti adhuc impu-  
 berem fuisse, & sic Rei patrem potius fuisse illius  
 tutorem quam curatorem, Initium enim quo ad-  
 ministrare cœpit rei pater hic spectandum, quæ  
 tunc fuerit qualitas personæ † astricti, per l. Pom-  
 ponius, vt quæ ibi not. in prim. de neg. gest. Et quia Reus  
 tanquam curator multa gesse post pubertatem

astrictis, dici posset cumulatam utilem negotiorū  
 gestorum, † quæ cumulatio permissa fuit, cum nō  
 reperiatur prohibita, per ea quæ Bart. & Dd. in l. e-  
 dita, C. de edend. Socin. post alias late in c. dilecti num.  
 17. de libell. oblat. Concludo actionem tutelæ dire-  
 ctam intentatam solam, propter astrictis ipsius-  
 met confessionem.

An probata? Præmitto in facto, in cōfesso esse  
 astrictem, fuisse unicatu filiam relistam à B. à K. id-  
 eoque ipsius hæredem fuisse † præsumptione iu-  
 ris, per l. suis, ff. de lib. & postb. Secundo præmitto, rei  
 patrem fuisse patrum astrictis, cum B. & G. sue-  
 rint fratres germani. Tertio, Patrem Rei, G. à K. &  
 ipsummet Reum, tanquam proximos consan-  
 guineos astrictis legitimos fuisse tutors eius, ex  
 mente generalis legis 12. tabulat. † qua illis tutela  
 delata est, arg. l. nec luciū, C. de curat furios. Arer. in In-  
 stit. de legit. ag. tut. in pr. n. 3. Tutela n. ad similitudinem  
 successionū defertur, Inst. de legit. patr. tut. & int. me-  
 minimus, vbi Bal. in pr. C. de legit. ber. semperq; defer-  
 tur ipso iure proximiori, per Auth. scut. C. de leg. tut.  
 & l. legitimus, vbi Bart. in pr. eod. Si igitur cōfiglet a-  
 strictem mori in pupillari etate, Reus ac pater eius  
 ob nō † petitū tutorem fuisse priuatis successio  
 ne ipsius, l. sciant, C. de legit. hered. Bart. in l. 2. in pr. per  
 tot. qui pet. tutor. Ex quib. conuincitur, Reum hæc a-  
 ctione teneri, tanquam hæredem parris sui, vel e-  
 tiam proprio nomine, vt q̄ sciens se tutorem de  
 facto, administrationi rerū pupillarium se immis-  
 cuit, cum non præsummat ignorasse, sibi quāvis  
 legitimo tutori abstinentū à negotiis, donec ad-  
 ministrationem † per decretū iudicis accepisset, 14  
 tex. in l. legitimos, & ibi Bart. in pr. de leg. tut. l. fin. C. ar-  
 bit. tutel. & Guid. Pap. q. 33 o. in pr. His sic præmissis  
 respondendum, actionem probatam, in 14. ar. ic.  
 defensionali fatetur Reus, daß seitii Vatter vermo-  
 ge der Erbeinigung/ auch nach gemeinsam Adels ge-  
 brauch seines Brudern Blasii Erbschaffien vnd  
 vnertheilten Güter sich unterzogen. Ex quib. con-  
 stat clare patrem Rei, & ipsum Reum tutorio no-  
 mine bona occupasse. Hoc quoq; fatetur Reus in  
 der Reconventionschrift/vbi habetur, q̄ Reus, &  
 antea ipsius pater, tutelam, vel curam astrictis su-  
 scepint, idq; factum cōtemplatione personæ a-  
 strictis, vt vsq; ad nubilem etarem honeste educa-  
 retur, & cū ibi vratur verbo Gerhabsschafft/ Item,  
 q̄ Reus & pater eius id fecerint, als tutors vnd  
 Pflegvättere/ satis declarant, quod non solum tu-  
 tores, sed etiam post pupillarem etarem curatores  
 fuerint: Siquidem † verbü Gerhabsschafft / Pfleg,  
 vätter/ vtriq; officio cōuenit, quemadmodum &  
 verbum tutelæ, apud IC. interdum l. pater Seueri-  
 nam, §. conditionū, & ibi Dd. de condit. & dem. ita An-  
 chora. cons. ii 8. n. 5. Nec obstat, q̄ Reus allegat, pa-  
 trem eius occupasse bona vigore der Erbeinig-  
 ung/ & non tanquam tutorem astrictis. † Nam 16  
 iuris est, q̄ si tutor aliquid facit, ad quod tenetur,  
 etiam si id faciat nomine proprio, videtur tamen  
 pro pupillo facere. l. Lucius, §. tutorem, de admin. tut.  
 Bald. in l. si patruus, n. 7. eod. tit. Cōcludo igitur actio-  
 nem intentatam satis probatam.

An elisa? Sequentes ordinem defensionum  
 rei, exceptiones eius examinabimus. Et primo,  
 daß E. Episcopus Salsburg, inter consanguineos  
 suos, nempe S. & W. fratres à K. ab una parte. &  
 B. & G. à K. fratres, ex 2. partibus c. ne Erbeinigung  
 quiff.

auffgericht 1. dato. 1498. Quia cautum daß die darin angeheilte Güter ad L. bey den Mansammen deren von R. re. Secundo, quod B. & G. fratre fuerint in communione omnium bonorum quodq; d. B. solus, bonis communibus sit usus & fruitus, & nihil fratri G. ex iis dederit, nec administrationis sua rationem reddiderit. Tertio. Quod B. maiorem partem bonorum suorum, quæ ex communibus cum fratre suo bonis quæsivit, in vita sua alienauit 4. Quod B. in seditione rusticorum, magnam bonorum suorum iacturam fecerit, multum æris alieni contraxerit, ita ut constituerit fratri suo G. bona sua omnia relinquere, reseruato sibi aliquorum bonorum usufructu, & constituta filia sua dote, idque vigore der Erbeinigung 5. Quod B. magnum es alienum multaque lites reliquerit 6. Quod G. fratris sui B. onerosa hereditati vigore der Erbeinigung iuxta consuetudinem nobilium se immiscuerit, & que pro indubitate herede gesserit, & que alienum etiam ex propriis bonis & acceptis sub visu ris dissoluerit 7. Tra segille patre rei anno 1521. cum H. von L. aetrix matre, von wegen entrichung ihrer Wittib Spruch vnd forderung vnd andere que maritus B. illi debuit, illique satisficeret, quodque H. mundum muliebrem, vestes, ac bona mobilia accepit, & secū gehn M. auexerit. 8. Quod G. aetricem post mortem B. per 10. annos fuerit & educarit. 9. q. onera hereditaria maiora fuerint, quam bona valuerint, 10. Quod aetrix ad illa onera obligata fuisset, si heres patris esse voluisse, & ad lites suscipiendas, & reo rationem reddedam, de fructib. perceptis ex communib. bonis, & sic bona sufficientia nō fuisse 11. q. aetrix 4. Ian. An. 44. consilio consanguineorum suorum ac presentia multorum nobilium vnd Gehrhaben & sponsi illius precedente exactissima cause cognitione, cum reo ratione paternorum & maternorum bonorum per modum cōpromissi in d. nobilis facti transigerit: quodq; ad hanc transactio[n]ē tuendam Georg. à L. vt proximus aetricis ex linea materna cognat⁹, Curator Gehrhab fuerit, rogatus hanc aetricem sigillasse & subscripsisse fide data, de non contraueniendo. 12. Quod aetrix cu[m] aliquando in matrimonio fuerit vigore d. transactionis sufficientem secundū consuetudinē Carinthiae inter nobiles receptā, illa renunciarit, & iterū p[ro] conuentio[n]ē der Erbeinigung confirmauerit & subscriptserit. 13. q. A. & eius maritus vigore d. transactionis reum sufficienter quietarint, & in d. quietantia d. transactionem iterum approbarint. 14. q. maritus aetricis ratione maternorum bonorum cum G. von L. transegerit. 15. Quod in terra Austria & aliis regionibus ad conservacionem familiarum nobilium, fœminæ excepta dote & legitima in bonis indiuisis nō succedant. Item consuetudine Carinthiae & inter nobiles receptū vt proximiores consanguinei pupillorum vel minorum sint tutores, & curatores, etiamsi à magistratu nec sint ordinati nec confirmati, & illam consuetudinem virgines quamvis minores obligare ex contractibus, quos mediantibus huiusmodi consanguineis faciunt, quod huiusmodi in & extra iudicium firma & rata censeantur, 16. Aetricem per transactionem cum Reo initam non læsam, & que eam nec infringere posse. Haec ex-

ceptiones et si in pauciores contrahi possint, & quidem irrelevantes videantur, inspecta intentio[n]e actionis natura: malui tamen, defensional. securus, superflua examinare quam necessarias omittere. Quod ad primam exceptionem de rebus videndum 1. an d. conuentio die Erbeinigung valeat? 2. an aetrix obstat? Quo ad primum, præmitto, quilibet posse alicui donare bona sua aliqua, sub certo modo vel conventione, tot. tit. Cod. de donat. quæ s. b modo. In re enim sua qui libet est moderator, &c. Per vulgaria. Ex quibus concludo, d. 4. nobiles à K. donatione sibi facta ab Episcopo Salzburg. potuisse valide promittere, vt aliquo eorum, sine masculo decedente, possent alii superstites succedere dato defuncti filiabus dote 400. libr. & eu[n]iente hac conditione superstites habere conditionem ex l. 3. C de dona. quæ sub. mod. Alciat. in l. p[ro]dum quod dotali nume. 23. Cod. de pactis. Nam et si regulariter pacta de futura successione illicita t[em]p[or]e celeantur, d. l. pactum &c. tam certum est, hoc pactum valere, quia non de omnibus bonis, sed de aliqua parte bonorum initu f. it. Alexand. in l. fui. C de pactis. Rom. conf. 13. nu. 2. quem sequitur Alciat. in d. l. pactum quod dotali. C. cod. n. 31. Et certum est valere legatum factum ne extra familiam alienetur. l. cum pater, § libertus, & l. peto. § fratre. d. l. 2. & ibi DD. Ideoque & tale pactum valere certum est, cum ab ultimis voluntatibus ad contractus t[em]p[or]e validum sit argumentum, 19 l. servu filii § eum qui chygraphum cum simil. de leg. 1. Ias. in l. fin. num. 20. Cod. de p. ct. Alias huiusmodi pacta parum firma esse ostendit. Zaf. conf. 1. lib. 1. late. Quo ad secundum concludo quod non: nam ex tenore d. documenti der Erbeinigung constat, q[ue] conuentio non si facta de omnibus bonis B. & G. fratrum, sed tantum de bonis donatis eis ab Archiepiscopo, scilicet de Castro. M. cum pertinentibus, quæ nō est extendenda ad alia bona dicitorum fratrum, per l. si vnu § ante omnia. de pactis. t[em]p[or]e limitata enim dispositio limitatum producit 20 effectum. l. action. C. de transact. Zaf. conf. 14. n. 71. lib. 1. nec generi hic per speciem derogatur. arg. nota. in c. generis d. R. in 6. Et si dictum p[ro]ctum de omnibus d[icitu]r[um] fratrum bonis factum esset, non valeret, quia liberem ipsi testandi facultate admisit, contra d. l. pactum quod dotali: Præterea haec conuentio penitus inspicienda, non videtur ad hosce duos fratres extendenda, sed facta inter 4. nobiles de R. scilicet L. & W. de à K. ex vna, & B. ac G. ex altera parte, vt scilicet si contingat, &c. vt supra. In qua tamen non insisto. Et inspecta natura huius actionis, haec exceptio nihil adhuc obstat, Nam eum in libello petitum sit, Reum compelli ad reddendam rationem administrata tute[la]e, & ad dandum reliqua nullis rebus specificatis, satis liquet actum contrario iudicio t[em]p[or]e scilicet aetione tutelæ, vt est Glossa magna. in l. 1. vbi DD. de edendo, & in l. edito. C. cod. Socin. in c. 2. num. 18. de libell. obl. Maranta p. 4. distinc. 4. Vnde reus ante omnia tenetur ad reddendam rationem, & in puncto executionis Reo salua est haec exceptio. Secunda quoq; exceptio nō obstat: nam cōmuniō neutrīquā est probata. Nam quamuis. S. à K. ad interrogat. 2. artic. possit. deponat, se putare Bla. solum perceperisse fructus ex bonis M. ex eo quod audierit. B. G. fratri postulanti rationem,

## 80 Clas. IX. Vot. II. De variis instrum.

administrationis reddidisse, was soll ich dir lang  
raitung thun / habe das Schloß auch so lange als  
ich / vnd bezahle auch selbst, tamen inde necessario  
non sequitur, quod in communione bonorum,  
vsque ad mortem B. permanserit, quodque nihil  
Georg. à B. acceperit, cum nemo presumitur iacti-  
tare suum, & illa communio tantum de castro M.  
intelligitur, vt deponit d. Sigism. ad 1. interrog. 2.  
artic. pos. actr. & ad 8. interrog. d. artic. quod reli-  
qua bona fuerint B. propria. Quod autem hic non  
fuerit cō: recta societas, vel ex eosatis liquet, quod  
scilicet castrum M. habuerint pro indiuiso, tamen  
non comūnicarunt iura, præsertim cum con-  
tendat R. B. sibi nihil vñquam dedisse, ex commu-  
nibus bonis. Huc faciunt notata Bart. in l. Titium.  
§. attero. num. 5. de admin. tut. Guid. Pap. consil. 9. num.

22 2. & consil. 20. et si maxime B. & G. habuissent hæ-  
reditatem omnem indiuisam, quod tamen non  
est probatum, tamen per hoc non fuisse contra-  
cta societas, per l. ex parte. D. §. filius. & ibi D. famili-  
eris. Bart. d. loc. imo si maxime omnia bona com-  
munia habuissent, tamen actrix ratione societatis,  
petit reum tanquam hæredem patris sui conue-  
nire, & ad diuisiōnem prouocare, l. per hoc iudi-  
cium. §. sicut autem, l. item quamvis. com. diuid. Et cum  
probatum sit patrem Rei, fuisse actricis tutorem,  
tenet ut reddendam rationem, & saluum est  
Reo ius petendi ab actrice tanquam patris hære-  
de, rationem fructuum, quos solus percepit B.  
Igitur hæc exceptio non relevat, & ad punctum  
executionis reseruanda.

Tertia exceptio neutiquam probata est, sicut  
debuit, cum sit facti, & Reus in eo se fundet, & q  
etiam bona alia habuit, vt deponit d. S. ad 1. interrog.  
2. posit. et si maxime probatum esset ex fructibus  
castri M. quod commune fuit, acquisuisse B. bona  
tamen ob id nō fuisse communia, cum res em-  
pta ex communi pecunia vel redditibus rei com-  
munis, & non efficiatur communis, nisi conuenta  
societate omnium bonorum. text. l. 4. C. communia  
vtriusque. Bartol. ibid. Bald. Salic. Cast. & Angel. Et  
semper in dubio res præsumitur empta pecunia  
23 ementis, & etiamsi soluens pecuniam fuerit alia-  
rum rerum administrator. Rom. consil. 274. per al-  
leg. Decii in consil. 435. num. 5. facit Bald. consil. 19. p. 1.  
Si igitur Reus velit ad dimidiā partem preui re-  
cuperandum agere, oportet eum probare, eam  
pecuniā qua reliqua bona empta sunt, fuisse quæ-  
sitam ex communib[us] bonis, per l. multum interest,  
C. si quis alteri. vbi Doct. l. qui vas, §. fin. defurt. Guido  
Pap. consil. 226. cum igitur Reus non probaret di-  
ctos fratres fuisse socios omnium bonorum, &  
contrarium constet ex actis, illos scilicet separata  
bona habuisse, dicta exceptio nihil obstat, nec  
redditionem rationis administratio tutelæ impe-  
dit, siquidem de iis, quæ B. non reliquit, non te-  
netur rationem reddere, si produc[t]o bonoru[m] in-  
uentario ostenderit, quod B. reliquerit. Quod si  
facere acquit, præsumitur dolose alienationem  
bonorum allegate, vt infra dicetur. Et hæc exce-  
ptio etiam Reo semper salua est.

Quarto, quod allegatum est Blasium propter  
damna, quæ passus est in bello rustico, & æs alien-  
num, non obstat: licet enim hæc per testes & mis-  
sivas d. B. sint probata, aliquo modo tamē id Reuū  
tanquam tutorem non relevat ab onere redde-

dæ rationis reliquorum bonorū, quæ B. reliquit.  
Quia de relictis nō tenetur, & in ipsa ratione hæc  
exceptio ei semper talua est. Quod ad secundam  
partem attinet, exceptio ea non est lati probata,  
nam missiva vnd fürschlag d. B. ad G. factæ. n. 13. &  
14. nihil probant, cum ab actrice non sint reco-  
gnitæ, & si maxime t̄ recognitæ essent, non obsta-  
rent, quia ex iis non constat, quod id fecerit, sed  
facere voluerit, quod idem est ac si nunquam co-  
gitasset, etenim propositum in mente retentum,  
nihil t̄ operatur, l. cum in plures locator, & ibi Bar.  
locati. Utilitas enim hic non sufficit, sed opus est  
facto interuenientibus solemnibus requisitis à iu-  
re; & sane per solemnē testamentum & omnibus  
partibus absolutum B. non potuisset præjudicare  
A. quo ad legitimam, t̄ iure naturali debitam. Au-  
tent. nouissima & l. parentib. vbi Doctor. Cod. de inoffi-  
cijs.

Quinta exceptio non obstat, nam in specie nil  
certi probatum. Quietantia productæ nihil pro-  
bant, quia non recognitæ, t̄ & quia Reus eiusque  
pater tutores fuerunt, debuerunt in libros ratio-  
nem referre, quantum expenderint, per quem, &  
cui, ex qua iam soluerint, per ea quæ Alex. consilio  
182. num. 5. & 6. lib. 2. Affl. in consil. Napol. libro 3.  
rub. 27. num. 13. t̄ at hic ipsemet Reus fatetur, quod  
nullo rationum libros confecerit, quare hic im-  
pertinenter hæc allegantur, & ad partem execu-  
tionis pertinent.

Sexta exceptio non obstat, dictam conuentio-  
nem non ad omnia bona, sed ad d. castrum M. tan-  
tum trahendam. Supra dicta & allegata consuetu-  
do non est probata, & intempestive, solutio æris  
alieni allegatur ante redditam rationem, per Af-  
fl. d. loco.

Septima exceptio teleans videtur, nam ex do-  
cumento 15. Febr. Anno 1531. facta liquet, dictam  
transactionem factam in præsentia. G. à L. H. co-  
gnati, quod eius nomine signauit & subscripsit,  
cuius præsentia excludit suspicionem doli, per l.  
transactionem, vbi Doct. C. de transact. Et cum actrix  
sit matris suæ hæres (cum petat administrationem  
bonorum maternorum) tenetur iphus t̄ factum  
ratum habere, l. cum à matre, C. de rei vendicat. l. ven-  
ditrici, & ibi Gloss. & Doct. C. de reb. alien. facit l. ex qua  
persona. & ibi Doct. & alij de R. I. Et quemadmodum  
mater si viueret, non posset illam impugnare, ita  
nec filia, l. 2. §. fin. & ibi Doct. de prator. stipul. Parisius  
consil. 33. num. 17. volum. 1. Decius consil. 181. num. 7.  
Verum hic non obstat, reum teneri etiam ad ra-  
tionem bonorum maternorum, neque in ho c A.  
factum matris impugnare, sed transactionem sal-  
uam manere puto: nam ex d. transactione constat,  
matrem A. non solum accepisse pro dote & aliis  
lucris 1000. flor. sed & mundum muliebrem, id  
quod ex 2. defens. & ex inuictorio liquet ab H. pro-  
ducto, quæ bona cum nō probetur alienasse, præ-  
sumitur reliquise. Non obstat t̄ compromissum,  
seu transactio posterior inter A. & G. von E. Anno  
44. facta: quia non valet ob minorem ætatem a-  
ctricis sine curatore & aliis solemnibus, vt infra  
dicetur. Cum igitur matrem illa bona reliquise  
constet, alias enim transactione hac posteriore o-  
pus non fuisse, sequitur Reum etiam teneri de  
iis rationem reddere. Siue enim ea post mortem  
H. exegerit, siue non, hac actione tenetur: tutor  
enim

33 enim hoc casu tenetur ad interesse iuramento in item taxando, l. debitores, & l. tutores, C. de adm. tut. l. si tibi, C. de testam. tut. l. scire oportet, ff. de excusat. tut. Etenim generaliter est constitutum, quod tutor vel curator non solū teneatur de iis, quæ dolo vel culpa amiserunt, sed et si lucrū, quod possent, non acquisierunt, l. quicquid, vbi Dd. de adm. tut. Schurff. conf. 2. n. 4. & 8. cent. 1. & conf. 19. n. 2. cent. 3. Cassan. in

34 conf. Burg. rub. 6. §. 6. a en rendre, n. 14. † Itemque si actiones competentes pupillo non mouerint. Castrensi. in l. tutor, num. 2. Cod. de negot. gest. & prædictæ transactiones inducunt præsumptionem doli contra reum, quorsum enim opus transigere, ratione maternorum bonorum, & filiam renunciare iis, si ad R. nulla peruerent, priuatio enim præsupponit habitum l. decem. vbi Doct. de

35 V.O. & nequit † renunciarri quod non est. Gloss. in l. 2. Cod. de pacis, l. si quis legarit, de legat. 1. & non entis nullæ sunt qualitates, l. eius, si cert. pet. Ex hoc concludo reum etiam teneri ad rationem maternorum bonorum: quia A. in 17. art. in grauam. in Cain, p̄ced. dicit redita ratione administrationis bonorum paternorum, apparere posse, appellantem etiam bestiget in maternis, & in fine petat de paternis tantum, dubitari posset an non R. ratio ne maternorum sit absoluendus, quod cum Dominis libenter concederim.

Ottaua Exceptio hanc actionem non perimit, nam ad repetitionem expensarum necessiarium habet R. contrariam actionem tutelæ, & post redditam ratione in liquidatis illis exceptionem subtractionis, per reg. cui danus actionem per vulg.

36 Nona, fruola est & intempestiva, neque probata, statque præsumptio † iuris contra R. ob nō confectum inuentarium & librum rationum. Patet autem hæc exceptio tunc demum, cum redditua fuerit ratio, ad punctum igitur liquidationis resuanda.

Decima est iuris & impertinēs. Nec verisimile patrem & Reum se hæreditati onerosæ immiscuisse, vt assertunt, cum nemo præsumatur iactare suum, per vulg.

37 Vndecima. Huic exceptioni, tanquam potissimum fundamento R. nititur. Videtur autem huic transactioni Actricem non posse contrauenire, siquidem † compromissum seu amicabilis complicitio vim habet transactionis, quia laudū emologatum ut hic, tex. in §. 10. Auth. vt indifferent. matri. & auth. si vero contr. C. de iudic. Bart. conf. 159. n. 4. Ias. in l. eleganter, n. 3. de condic. indeb. & in l. causa cognita, n. 2. C. de transact. Socin. conf. 8. §. n. 1. lib. 1. adeo ut im- 38 pugnari † non possit, etiam à l. aeo ultra dimidium iusti pretii. Affl. dec. 22. n. 2. Gram. dec. 66. nu. 47. & 63. Paris. conf. 96. n. 13. lib. 1. idq; eo magis, q; A. permiserit stare, mit handt gegebener Treuws/ 39 quod hoc loco pro iuramento † habetur. Io. Andr. inc. 1. n. 1. de sepulti. in 6. Spec. in tit. de arb. § fin. & Hostiens. in summ. cod.

Nec obstat videtur minorenitas actricis, quæ sine curatore maior tamen 12. annis transfigit, videtur igitur tantum per restitutionem iuuari, per rex. l. 3. de in integ. rest. quæ tamen petita non est. Sed hoc non obstat, concludo, nec compromissum, nec transactionem valere. Ad quod præsuppono, l. confessatum tempore cōpromissi, actricem fuisse minorem 25. annis. Et si enim actrix afferens,

se tunc fuisse 16. annis, hoc noc probat, † quod 40 tamen debuit fundans se in ætate, scilicet per l. minorem te, C. d. tit. vbi Bald. tamen quia R. eam tunc fuisse 22. annorum, ætatis satis minoris probata, 2. præsuppono B. multa bona mobilia & immobilea reliquisse, vt supra dictum. Ex his concludo d. compromissum non valere, quia fieri non potuit, de iis, quæ non possunt sine solemnitate iuris alienari, † vt sunt res minorum, l. si pupillus. vbi 41 Dd. de arbitr. c. cum tempore, vbi Abbas n. 3. de arbit. vbi addit. lit. C. eo, quod compromissum † est quædam 42 species alienationis, vt ibid. Abb. Paris. conf. 14. nu. 15. lib. 2. & conf. 134. nn. 11. lib. 4. Capic. decis. 39. nu. 3. quod hic solemnitas requiritur, Capic. d. loc. nu. 4. & hoc ita etiam si autoritas tutorum vel curatorum interueniat, quia decretum accedere oportet, † l. 43 præses. & ibi Dd. C. de transact. l. Imp. & ibi Angel. de pac. Ias. in l. 2. num. 5. de offic. eius cui mand. Bolog. consil. 6. col. 2. Dec. conf. 39. nu. 4. † Alias ipso iure nullum 44 est compromissum, nec opus restitutione. Bald. Salic. Ang. in l. 1. C. si aduers. transact. Ang. consil. 66. n. 12. præsertim si voluntarium sit compromissum, vt hic, secus enim in necessario. Hostiens. in summ. de arbit. §. de qua sub fin. Ex his sequitur nec laudum valere, per l. Pedius, §. 1. de arbit. Rom. in d. l. præses, nu. 12. Cod. de transact. Paris. d. consil. 24. num. 117. libro 2. Si compromissum non valuit, nec transactio quia à † pari procedunt, vt infra dicetur. Bald. in d. l. præses, & ibi Roma. num. 3. Paris. d. consil. 24. n. 119. Nam 45 vt minor non potest alienare res immobiles sine cognitione & decreto, l. magis puto, §. non paſsim, de reb. eor. l. non solum virobiq; Dd. C. de præd. minor. Roman. conf. 166. num. 1. Schurff. conf. 19. num. 4. cent. 3. ita etiam † nec transfigere, l. cum hi, §. si prætor, vbi 46 Dd. de transact. Bald. Ang. & Salic. in d. l. 1. C. si aduers. transact. Ias. in d. l. 2. de off. eius. Bart. consil. 159. num. 5. Ergo non potuit obligare actricem, per ea, quæ eleganter Anchoran. conf. 33. 8. num. 2. Neq; potuit hic Reus tanquam tutor in facto proprio autorare, † per l. 1. in fin. vbi Bartol. de auth. tut. l. 1. §. fuit 47 quæsum. ad Trebellian. Bald. in l. bonorum, 2. num. 8. C. qui admit. &c. Socin. conf. 160. n. 14. & seq. lib. 2. vbi tamen contrarium videtur probare.

12. Exceptio non obstat. Nam actrix propter ætatem non potuit renunciarri, † alias decipere 48 tur sicut contrahendo, l. dol. §. diuersum, vbi Bartol. num. 3. & Castrensi. num. 5. Angel. num. 7. & 8. de no- uat. Bartol. consil. 88. Renunciarri enim est alienare, l. non solum, §. filia de ritu nupt. Socin. consilio 23. 1. n. 2. lib. 2. atq; ita nec ratificatio † obstat, quia fa- 49 éta in minori ætate sine solemnibus iuris, quæ hic & que ac in principali contractu requiruntur Anchoran. consil. 12. 3. num. 2. Roman. consil. 12. num. 5. nec minor quæ gessit ratificare potest, l. cum maritum, vbi Doct. Cod. de solut. Ias. in l. si procurator, numero decimo quinto, de condic. indeb. † Et confirmatio non valet cum confirmatum est nullum. Fe- lin. in cap. inter dilectos, num. 6. de fide instrum. Simili- ter non obstat allegata consuetudo renunciandi, quia non probata.

Sic nec 13. Exceptio releuat, quemadmodum enim minor prohibetur contrahere, ita & multo magis liberare; † liberatione est donatio, quæ non 51 permitta ei, sine decreto, l. si. C. quan. decr. nō est opus. Affl. dec. 232. n. 2. Schurff. conf. 9. n. 14. cent. 2. & libe- rationes huiusmodi puellarū, † nisi iuramentum 52 corpo-

## 82 Clas. IX. Vot. II. De variis instrument.

corporale accedit ipso iure nullas dicit Bald. in d.l. I.nu.2. vbi Salicet. in fin. C.si aduers. transact. vsque adeo etiam si constaret Reum eo tempore reddisse rationem administrationis, & actrix iurasset non contrauenire, is tamen rursus copelli posset ad reddendam rationem Anchar. conf.118. n.2. Schurff. conf.9. n.8. & 13. cent. 2. Multo igitur magis hic tenetur R. cum ipse constituerit noui consecuisse inventarium, & librum rationum. Anchar. confil. 330. n.2. Schurff. conf.49. n.15. cent. 2. Ad haec actrix persuasione Rei, scilicet quod bona omnia B. vi- gore der Erhebung / sibi debentur, atq; ita do- lose inducta est. Igitur nulla liberatio quoniam in generali liberatione non censetur + remissive dolus, l. creditor. §. Laciis. Mand. Anch. conf.5. 330. n.13. Schurff. conf.9. n.9. cent. 2. late Socin. conf.159. n.12. lib. 2. Ex quibus omnibus cōcludo, nec transactio- nem, nec renunciationem, nec denique liberatio- nem obstat, quo minus R. teneatur ad rationem reddendam.

14. Exceptio non obstat, quia ex praedictis pa- tet tale compromissum non valere, nec constat maritum habuisse mandatum ab A. nam etsi ma- 54 ritus est, procurator generalis ad lites si cœteat, + tra- men non est generalis ad negotia. Bald. & alii in l. 2. in prin. C. de procur. nec potuit esse procurator v- xoris, l. maritus. C. qui dar. tutores. nec ei pta iudicare transigendo nullatenus potuit, ea non presente & consentiente. l. si sine voluntate, vbi Bald. & Doct. Cod. ad Velleian. Infl. quib. alien. lic. vel non, in prin. & ibi Dd. 55 cum simil. + Sicuti nec quietate potuit nomine v- xoris, cum non possit debitum exigere illa non consentiente, l. cum maritum, C. de solus. Chass. rubr. 4. §. 5. in prin. num. 48. multo minus liberare, quod est sequela solutionis. Et licet ex actis non constet, matrem reliquisse etiam bona mobilia, tamen idē de his iudico, præsertim si seruado seruari potue- runt. Azo. in summ. C. de pred. minor. in fin. quod ad punctum liquidationis pertinet.

15. 16. & 17. Exceptiones per Reum minime probantur. Nec quicquam facit, quod deponit L. à K. cum quia singularis, cum quia scientia causam nou dicit. Atque per testes singularem + consue- tudinem non probari communis opinio est Dec. conf.215. nu.3. Bapt. à Villalob. in com. opin. lit. C. vers. 174. Sed ad minimum duo testes requiruntur, Bart. in l. 2. num. 30. vbi Doct. C. quae sit long. consuet. per Lybi numerus. ff. de testib. Idem in l. de quibus vbi alij, de ll. Roch. Curt. in repet. s. fin. sect. 8. n.8. de consuet. Nec requisitum de visu probatum, quod requiri tradiunt Doct. in d.l. 2. Abb. & alii in d.c. fin. Item fre- quentia, temporis diuturnitas, item actus tales, ex quibus tacitus populi consensus appareat Dec. d. conf. 215. num. 2. & confil. 489. num. 25. Villalob. in li- ter. C. vers. 181. & difficile + est probare consuetudinem, Gloss. magna in d.c. fin. Dec. d. conf. 215. num. 2. Nec obstat, quod allegatur de consuetudine iudi- 58 ci prioris instantiae, esse notoriam, + nec probandum igitur, per l. emptorem de act. empt. & l. cuius. vbi Bald. C. de accusat. Hippol. Marsil. in rubr. C. de probat. num. 216. Quia primo ex actis notorium non li- quer, quod tamen necesse est, ut notorium dicatur. Bald. in l. ea quidem n. 44. C. de accusat. Alex. conf. 145. n.12. lib. 5. not. Abb. in c. ex literis, n. 29. dereft. spol.

Vltima exceptio de laesione est, quam puto in- 59 teruenisse presumptione juris, + per l. si minor 25.

anner. filiof. §. minoris, vbi Doct. de minor. Panor. conf. 31. p. 2. Sed cum hoc in arbitrio non etiam arbitra- torib. (vt hic) obtineat per Bart. in d.l. minores. Cast. in l. nam & postea. num. 8. vbi Angel. num. 1. de irreiu- rand. alia via ostenditur laesum esse. Quod constat ex actis siquidē A. acceperit 1000. flor. in dotem, cum patrem eius multa castra postediisse constet, aliqua bona mobilia & immobilia plurima. Pu- to igitur longe ultra dimidium iusti pretii laesam, non obstante, quod multa ante mortem patris a- lienata sint: hoc enim ad punctū executionis per- tinet. Concludo igitur actionem non elisam.

Videndum an actrici hic opus restitutio- ne in integrum. Nam regulariter minori per transactio- nem + laesam sueretur titul. C. si aduers. transact. 60 Quod si opus est sequitur priorem sententiā ne- cessario confirmandam: cum restitutio perita no- sit, nec oblatum Reo, quod vigore transactio- nis accepit, quod fieri oportebat per ea quæ Afflict. dec. 220. n. 4. Paris conf. 96 n. 112. lib. 1. Huius autem questionis decisio ex laudi validitate p̄det, si nul- lum fuit, restitutio opus non fuit, per l. 2. & ibi Doct. C. de pred. min. atqui nullum fuit, per ea quæ supra late dicta. Quod præterea ex eo patet, quod administratio tutelæ, patri Rei non fuit delata, quod tamen fleti debuit, l. legitimes, vbi Bart. de le- git. tutel. l. fin. §. si C. arbit. tutel. + Quinque enīm p̄cedere debent administrationē, primo ut reci- piat res cum decreto. 2. ut fiat inventariū. 3. quod iuretur. 4. satisdet. 5. expresse promittat defen- sionem ita Guido Pap. quest. 330. in prin. Capit. de- cis. 50. in prin. Chassan. in consuetud. rubr. 6. infr. d. loco. nu. 14. 2. igitur arguitur dolus, quod + inuenta- 62 rium non factum, ad quod tenebatur etiam cura- tor, l. si §. & inuestario, vbi Bart. decurat furios. Schurff. conf. 41. n. 5. & seq. cent. 2. Chassan. d. loc. quo nota fa- cto suspectus est, & potest incarcerationē. d. l. 3. §. tuto- res de suspect. tutor. Bart. in d.l. tutor qui repertorium. n. 7. adeo ut & mater hoc casu torqueri possit, Ro- ma. conf. 118. num. 3. estque iusprudencia futri ex hoc vid. Cassan. d. loc. num. 9. Est enim in dolo præsumpto. Afflict. decis. 360. num. 2. quia non fecit, quod scit, vel scire debebat, l. si procuratorem, §. si dolo. mandat. l. carceri. de custod. reor. Bartol. in d.l. tutor qui. num. 20. Quæ præsumptio tanquā iutis liquidissima pro- batio est, l. si tutor. vbi gloss. & Doct. C. de peric. tutel. l. licet Imperator, vbi Alexand. & Iason. de legat. l. Al- ciat. in 3. part. præsumpt. num. 3. Roman. d. confil. 118. num. 3. Chassan. d. loc. Schurff. d. confil. 41. numero 6. 3. Dolus probatur, quod + non fecerit libell. ra- 63 tionum, l. 1. §. officio vbi Bald. de administ. tut. cum ad hoc aequa teneatur, ac ad inventarium, per sup. al- leg. 4. In dolo fuit, quia non + reddidit rationem 64 administrationis, contra l. arbit. ff. pro soci. l. 1. vbi Bart. de neg. gest. gloss. in l. orphanotrophos. C. de Episcopis. Matth. de Afflict. in conf. Neapol. rub. 17. num. 21. lib. 3. non obstante etiā consuetudine aut testamento quo remitteretur Chassan. d. n. 20. Boer. in decision. Bitur. rub. 1. §. secundo vero. nota quod non solum ca- su quo dolosa esset administratio Bart. in l. Aurelio. §. Caius. de lib. leg. + Negligētia enim ita remitti po- test non dolus, Anchar. d. conf. 118. Chassan. d. loco. Præterea R. non potuit reddere rationem, nisi pe- titio actrici curatore, ad videndum redi, l. admone- la 2. C. qui pet. tut. quod cum prætermisit, tenetur iudicio tutelæ, gloss. ibid. per tex. l. ita autem. §. fin. de admin.

admi. tut. Ad allegata in contrarium, ex supradictis facilis responsio. Ex supradictis omnibus concludo, pronunciandum male iudicatum, bene appellatum. Etsi autem petitio maternorum bonorum omissa sit in Camera, hoc tamen non puto primæ petitioni prioris instantiæ, super qua lis contestata, renunciatum, ergo adiudicare in quoq; Quod ad expensas, et si Reus ad eas ex communi Od. sententia teneatur, cum scilicet ex actis prioribus iudicatum, tamen quia non sunt magnæ & personæ sunt coniunctæ, compensare.

## SEN TENTIA.

In Sachen A. Geborner von R. Appellantem eins/S. von R. Appellatæ anders theils/ist alle für, bringen nach zu Rechte erkant/ daß durch Richter voriger Instanz vbel geurtheilt/wel da von appellaret/vnd gedachter Appellant ihr der Appellant/ gebürliche Rechnung der Verwaltung ihrer Väter, vnd Mütterlichen Verlassenschaft sampt denen von zeit an weil S. von R vnd H. von E. gemarter Appellant a sterben/bishero davon vßgehabnen nützung/oder die aufs gehaben hetten mögen werdet/ auch Schaden vnd interesse einzutragen/zurzustellen/vnd zubezahlen schuldig/darzu wir ihnen den Appellaten/ hiemit condemnieren/die Gerichtes Kosten/au diesem Kaiserl Kammergericht aufgelaufen/ auf bewegenden Ursachen compensirend. Mense Martio, Anno 67.

## Votum III.

De instrumento vñionis prölium iuramento confirmato, & sigillis Scabiorum item libris actorum.

## In causa

P. K. appellantis

## Centra

H.S. appellatum. Anno 77.

## SUMMARIUM.

1. Vñioni prölium que opponantur: & eius requisita, num. 4.
2. Testium dicta quando instrumento preferantur.
3. Affinis testimonium quid operetur.
4. Ratificatio quid & quando aliquid operetur.
5. Fructus quando in sententia omittendi.
6. Libri iudiciales vulgo Gerichtsbücher quid operentur.
7. Contractu principali annullato accessoria corrunt.
8. Fauoris est dispositio qua fraudibus obuiam ire solet.
9. Specialia plura in eodem casu non cumulanda.
10. Iuramentum quando contractum validet.
11. Actis iudicariis quantum credatur.
12. Confessio erronea, & non verisimilis non praesudicit consentiens.
13. Clausula annulativa debet in omnibus verificari.
14. Animus magis factio quam verbis declaratur.
15. Appellans in expensas condemnandus.
16. Votum domini referentia.

**N**Vilitates nullæ, procuratoria sufficientia. Actionem dat partibus petitionem hereditatis vel actionem cessam in factum, ex petitione hereditatis, forinata.

An probata? Requisita duo sunt probata: Et reuocatio vñionis & cessio hereditatis, & institutio heredis, documenta, & testes, confirmant d. Cathar. M. & E. Reo appellati omnia bona prioris mariti jugebracht/ so sie ingehabt/ potro mos, def. R. probatus per testes. Concludit probatum.

An elisa? † Opponitur vñionem proli s. non rite factam, 2. ratificationem in Junio confirmatam, quæ 22. annorum spacio corroborata, & dicta vñio redacta in acta iudicaria, vbi habetur, quod confirmata, approbata à propinquis, qui recentur ibidem, & 1. testis affirmat. Et 6. testes dicunt. Er habet also lassen geschehen/vnde videtur esse legitime facta, & elisam intentionem.

Ego tamen secus statuo. Primo enim probatum est per testes actoris, E. non habuisse tutores, impuberem ut 6. testis: licet alias dicat se fuisse absentem. Licet dictus Schultetus dicat, quod die Freunde secum vna interfuerunt & ad 14. daß sic vor Gerichte geschehen. Tamen illi articulati testes, 2. test. rei & 3. eiuldem, ac 6. negent se interfuisse cum tamen instrumentum dicat eos interfuisse. † Ideoque eorum dicta præfert. Mynsing. obs. 100. cent. 2. Et affinis † rei cuius filia iuncta est filio 3. rei, iuxta l. 3. §. 1. de test. præfertim cum accedat, secundi testis testimonium, qui nulli est propinquus, & tertii testis. Hac refert Mynsinger. cent. 3. obs. 76. & obs. 93. cent. 1. & obs. 5. cent. 1. & 39. cent. 4. Ideoque nou potest impugnare testes qui ab eo producunt, (scilicet quo ad personam.) Inde videri vñionem deficere in sole munitatibus substantialibus non adhibitis: Ideo nullam esse, quod præscripta forma Anno 65. publicata Undergerichtes Ordnung / † ibi requiritur daß der Kinder tutores & curatores, his non extantibus tum parentes (aui & auia sua) sive Geschwesterlinge/oder welchen verinde der Rechte oder Gerichts Ordnung die Vormundschafft gebüret. Quia iuxta §. 2. explorare debet facultates contrahentium. Item an acquisita sit inter liberos & parentes Nahrung / alias non faciendam esse vñionem, item confirmanda cum causæ cognitione judicialiter, alias eandem esse nullam & invalidam. Concludit inde in nostro casu esse nullam, nam nec tutores nec proximi cognati interfuerunt, nec constat de causæ cognitione, licet nulla fuisset inæqualitas, inter eos tamen ratione liberorum esse. † Non obstat opposita ratificatio Rei per iudiciale acceptiōnem dotis. Itaque nec E. ratificando, nec actor nō uando, videtur contra hanc suam ratificationem & factum proprium venisse. l. pen. Cod. si maior fatus, l. Paulus respondit rem rat. hab. leg. vlt. Cod. ad SC. Macedonianum. Verum haec non omnia locum habent, vel quia actus qui ratificatus fuit, aliquo respectu validus, secus si omnino fuit nullus, Decius in l. quod ab initio, de regulis iuriū in 6. Idemque procedere quando defectus est in accidentalibus non in substantialibus. Decius l. potest, de regulis iuriū, cap. ratum. eod. Bald. d. l. vltima. Maxime vero d. l. de his contractibus intelligendam quando tutores & curatores interuenient auctoritas & consilium Petr. Fab. in d. l. nam si postea accedit nihil valere, l. obligari. §. 1. de oblig. & act.

Nec vero hic certo constat D. E. & eius matrimonium

tum diserte & perspecte ratum habuisse. At constat reuocasse coram iudicibus. Nam quod in 19. articu. afferit Reus, id non est probatum, vaicus enim tantum testis scil. Schultheiß est singularis & suspectus, reliqui vero Untergerichts Personen / nesciunt. Et licet dotem acceperit & portionem de d. 400. Floren, id quia unus tantum testis afferit, quo ad primum, sed posteriorius ibidem etiam 6. Tamen non nocere. Quia omnia bona & paterna & materna, vitricus detinuit, unde merito E. petiit, id sibi dari ut ceteris, & forte amplius. Ad P. quod attinet, actor dicit quod fuerit Gang wüste / nur 4. Floren. wehrt / vt & 6. test. ad 30. Quare pluris facio apertam reuocationem coram iudicibus factam, praesertim cum nulla fuerit vni. & quod nullum est ratificari non potest, quoad actus illos, quibus Reus vult ratificationem conuineere. Nam vt ponamus ad tacitam ratificationem pertinere, tamen ideo non naturaliter obligata fuit, vel E. vel actor, quo minus illam vni. ex post facto reuocare possit, concludit non elisam.

**Quid pronunciandum:** quoad libellum appellatorium, cum commune sit appellationis remedium, malum silentio preterire, & expensas nihil ominus in vtraq; instantia factas compensare.

Ad fructus dubito, an necesse sit eorum mentionem facere, † quia restitutio debet fieri, secundum morem regionis, & expressim in sententia, quæ proculdubio etiam fructus continebit, sed tamen cum expresse petaatur fructus in libello, sibi non displicet earum mentionem facete, & condemnare à tempore mortis coniugis in eos fructus, ex quibus locupletior factus. Quia eos etiam bona fidei possessor praestat, usque ad litis contestationem, in omnes tam perceptos quam percipiendos, l. veniunt. §. petit. hereditat.

Ego quod ad nullitates, procuratoria & actionem attinet, repeto dominorum votum, eamque probatam puto, sed eliso, vt appareat principaliter consistit in eo, quæ videlicet probata sint, † per Gerichtes Buch / cui dicta vni. est insinuata, cui creditur: Quia in iudicio semper presumitur adesse multitudo testimoni, Castl. Ias. & alii, in leg. omnium. Cod. de testamentis. Item quod existat confessio vni. in renunciatione, cui accedit praesentia iudicis, testis & ratificatio. Verum & mea sententia dicta vni. fuit nulla ab initio, nec ex post facto ratificata. Dato enim, quod consensus E. postmodum interuenisset, tamen is non potest ei nocere, ex quo actus super quo interpositus fuit nullus, Decius in l. creditor. deregul. iuri. Roman. consil. 132. incip. vt retulit, colum. I. post medium:

Deinde absurdum videtur, quod annullato contractu principali, id quod sequitur consistat, † per Bald. conf. 275. incip. premiso statuto communione Veron. vbi reuocato principali, debent reuocari omnia accessoria. Tertio, quia requisita statuti vel ordinatio Archiducatus videretur fauorabilia, & facta in fauorem pupillorum contra fraudes, ne facile hereditates amittantur. Nam dispositio quæ fit ad obtiandum fraudibus, † dicitur fauorabilis, & late debet interpretari, l. i. §. pauci-

am. de calumniator. l. sed & Julianus, in princip. §. mutui datio ad SC. Macedonian. Imo etiam in materia odiosa sit extensio, quando agitur, vt obuiam eatur fraudibus, cap. si ciuitas de sentent. excommun. lib. 6. Dec. conf. 398. in fin. Bald. conf. 184. colum. 2. in fin. lib. 5.

Quinto accedit, quemadmodum plura † specia in eodem casu cumulari non debent, gloss. in leg. prima. Cod. de dot. promiss. leg. cum post. §. gener. de tutor. & cur. dat. Sed hoc casu concurrexit ficta filiatione, praesumpta ratificatione, & defectuosa prolium vni.

Sexto, licet iuramentum † validet contra. 12. Etum nullum secundum opinionem Martin. in authentica sacramenta puberum, tamen Iason hoc limitat etiam verum, nisi contractus sit nullus, ratione requisita solennitatis omissa, alterius quam minoris ætatis. Sed hic occurrit omissione alterius, ergo, &c. Item, licet ea quæ infra sunt actis iudicariis, habeant praesumptionem veritatis, tamen fortiori praesumptione & probatione elidi possunt, † prout nec actis iudicariis creditur sine teste, Alexand. consil. 13. num. 8. volum. I. Prout hic ex actis probatoriis multa reprobantia ad cerram legitimam insinuationem & confirmationem colligi possunt.

Sic non obstat † asserta confessio, quia 13. erronea & non verisimilis. Item constat ordinationem requirere plura requisita pro validitate vni. copulativa, & quidem cum clausula annullativa, sed copulativa posita inter duo vel plura, debet in omnibus verificari, † Fe. 14. linus in cap. ex parte, verb. copula. de rescriptis, & hoc tanto magis hoc casu, vbi haec pacta vni. num videntur repugnare iuri communi, quia de futura successione videntur facta: Item quia pactis non defertur hereditas, & in effectu libera potestas disponendi de suis, auctor, id quod auget hoc casu evidens inæqualitas inter partes vni. tam intuitu personarum, quo ad numerum, quam rerum patrimonialium vni. rerum, quibus augerit machinatio fraudulosa. Concludo cum D. referente pronunciandum,

**Quoad fructus:** Puto non securum esse de his in specie exprimere, cum non constet de more regionis.

**D.S. Quoad formalia.** Genus actionis, conuenit cum referente, vni. non consistere, ratificationem & quæ accesserunt, nullius esse momenti, quia vni. non confirmat defectus requisitorum, sed cum primo auctor ad minus 15. annis non contradixit vni., & & intuitu illius multa egit, & passus est ab aliis fieri & sciuit vni. deinde dicat aatrix, quod non velit ipsum habere pro parte: Tertio, quia nunquam petiit den. Schwerthill / sondern allein requisitam partem. Sequitur igitur quia sciuit, nec contradixit, sed facto ipso declaravit animum † quod plus est quam verbis, l. Paulus respond. rem 15. rat. haberi, replicatione doli, ob id quod in contrarium agit, repellendum auctorem. Deinde titulo singulati scilicet vni. habere possessionem ( sed contra puto vniuersali ) affirmat, item vide.

videtur sibi contrarius, quia alibi petit Rochen, theil/ex bonis solidatis. Sequitur unionem fateris, item in executione fore rem valde intricatam, & sententiam talem fore, ut effectus secuturus non alius nisi lis ex lite.

Fruetus à tempore cœptæ litis, expensas condemnat.

D. K. Quoad Elisionem, quia substantialia in unione deficiunt putat non subsistere, tum etiam quod contractus ille conditionem continere debeat, scilicet æquitalitatem, & ea ratione præscriptionem locum non habere.

Concludit, ut per D. Refer.

16 Fruetus autem à tempore motæ litis, & quatenus locupletior factus, in expensas mallet condemnare, cum scimus in causa appellationis, vbi ter appellans condemnatur, ut per Speculatorum.

D. M. ut alii sententiam ostendere, quod non in punto petitionis latæ, actio probata, Elisioni non obstat ratificationem, quia actor ex se non ratificauit.

Deinde patrem non fuisse in possessione, quia videtur dolose & non licite factus, & sic nullus actus fructus hic tacendos expensas de iure stricto postea adiudicari.

D. R. Concludit cum aliis.

D. K. Idem.

### Sententia.

In causa bene iudicatum male appallatum, vnd seyn die Exvensen auf bewegenden Ursachen com- pensire vad verglichen.

### CLASSIS X.

De fracta pace & quomodo ex ea ad bannum deueniatur.

Ad tractatum Flaminii Chartarii de execu- tione sententie contumacialis capto bannito pertinens.

**S V P P L I C A T I O P R O**  
Citatione ad videndum, &c. cum annexis mandatis de restituendo, & ulterius non offendendo, Nobilium, Spectabilium & Eximiorum Dominorum consulum Iuratorum & Consiliariorum liberae Republicæ ciuitatis imperialis Leodensis,

Contra

Reuerendissimum Dominum, Dn. Georgium ab Austria Episcopum Leodiensem & litis consortes in supplicatione expressus.

R EVERENDISSIME Princeps huius Cesa- ri iudicij lude amplissime, Domine gratio-

se. Syndicus & Procurator generalis Nobilium, Spectabilium & Eximiorum Dominorum consulum, nec non iuratorum & consiliariorum, liberae Republicæ ciuitatis imperialis Leodensis comparet vigore mandati procuratorii (quod pro legitimatione personæ suæ exhibet,) reuerendissimæ Gratiae vestre humiliter supplicando proponit. Quanquam in toties proclamata, atque insinuata publicæ pacis constitutione salubriter prouisum & sub expressis pœnis prohibatum sit. Ne quisquam cuiuscunq; dignitatis statutus, aut conditionis existat, quamcunq; ob causam, quomodocunq; vocari illa possit etiam quocunque colore hoc fieret, alteri bellum inferre illum spoliare capere, oppugnare, neque ullam conspirationem, aut confederacionem, contra alterum inire, præterea ne quisquam alterum sua possessione vel quasi, aut detentione mobilium & immobilia bonorum regalium iurisdictionis territorii superioritatis & omnium aliorum iutium nullo excepto. Armata manu & violento facto temere deiiceere debeat, sed unusquisque alterum in sua quiete, & pacifice sine impedimento manere permittat, neque illum ullo modo offendat, illi damnum inferat, aut ista facientibus opem & auxilium ferat sed quicunque aduersus alterum actionem seu persecutionem habere præsumat, eam in loco & iudicio competenti prosequatur.

Istis tamen minime attentis aut consideratis prima Aprilis proxime preterita quidem Ioannes Miche, Ambrosius de Herckenstein, Egidius Martini, Simon Bolongni, Thomas de Sexgant, Henricus Famulus, Ioannis Miche, Ioannes Hacci, Nicolaus Tector, Ioannes Saulraig, Henricus le Marixhael, Berto Doien, Fastrard<sup>o</sup> dello Vaulx, Nicolaus Lafoii, quidam dictus Filo pluribus aliisque sociis & complicibus sibi ascitis hastis, telis Bombardis aliisque armis muniti ex speciali mandato Reuerendissimi Domini, Dn. Georgii ab Austria Episcopi Leodiensis, &c. quoddam nobilis Domini Ioannis de Lanhiin consulis Leodiensis, Castrum in Villa de Flemalia situm, circundantem, armata vi concenderunt, atque dirruerunt. Deinde in quandam domunculam iam dicto mu- to cinctam & à præfato domino de Lonchiin seu colono suo possessam, & inhabitatam ruptis parietibus violenter effegerunt, inuaserunt & occuparunt, atrociter comminantes, si dictus dominus de Lonchiin resisteret ipsum sese comprehensuros captiuum abducturos esse, ita ut propter euinodi violentiam, irruptionem, inuasionem, occupationem, atque detentionem, prælibatae domunculae, deniq; minas sparsas, ipse dominus de Lonchiin, dominio de Flemmia in cuius sita & legitima possessione quiete fuit, & esse debet, ut frui, aut ibi iurisdictionem competentem tuto exercere minime possit multoq; minus propriis suis bonis, in & circa Flemiam sitis gaudere fructu colligere, & in horrea cœchere libere ausus sit. Nimirum Episcopaliibus supra dictis mandatariis & violentis inuasoribus nec non eorundem fautoribus, & auxiliatoribus cum summa comminatione prohibentibus & impudentibus. Cu- ius quidem admisse contra publicam pacem gra- uissimæ violentiæ iustam excusationem memoratus

tus dominus Episcopus minime inueniens, in hoc elaborauit, ut venerabiles & generosi domini Decanus & Capitulum reuerendissimi domini Episcopi apud Leodienses, supra dicta bona domum & iurisdictionem ad manus suas recipere, eaque sub praedicta comminatione detinere contentur atque presumant, verum cum prescripta violentia non solum contra sepe dictum dominum de Lonchiin consulem sed etiam contra vniuersos & singulos ciues in primis vero, totū Magistratum Leodiensem, quorum omnium priuilegia Cesarea in hac parte laesa & violata sunt, admissa sit, maxime autem & grauissime sepe memorare constitutioni publicae pacis expresse aduersetur, adeo ut do, Episcopus Leodiensis, vna cum suo capitulo praedicto nec non mandatarii complices ac consilium opem & auxilium ad premissa præstantes, paenam fractæ pacis commiserint, & de facto in eam inciderint, idcirco syndicus & procurator nomine principalium suorum omnino petit primum sibi aduersus sepe dictum dominum Episcopum Leodiensem & nominatum eius capitulum, nec non cæteros mandatarios & auxiliatores, Citationem ad videndum sese in pavam fractæ pacis incidisse declarari, deinde Mandatum ad prefatum dominum de Lonchiin in pristinam suam quietam possessionem statum, & iurisdictionem cum refectione dannorum restituendum ac in integrum reportendum, deniq; quo minus in posterum propter omissas comminationes bonorum suorum possessione ac fructuum ex eis perceptione libere per se vel alios frui & vi prohibeatur & sine legitima iurisdictione cognitione ac processu arceatur, mandatum de non offendendo in solita & optima forma gratiose decerni atque impartiri. Super his omnibus & singulis coniunctim & diuīsim non solum prædicto sed omni alio meliori modo & forma quibus fieri secundum facti contingentiam potest sibi petens ius & iustitiam ministrari Reuerendissimæ vestre gratiæ officium atque omnia iuris remedia suppliciter inuocando.

Rma.

Vestra

Gratia

Obseruantissimum.

Citatio & Mandatum de restituendo & non offendendo Lonchiin.

Contra

*Episcopum, Decanum & Capitulum  
Leodienses & Consortes.*

**C**AROLVS D. Reuerendo & Honorabilibus deuotis nostris dilectis Georgio Episcopo Leodiensi principi consiliario nostro, ac deuotio- nis sua Decano & Capitulo apud Leodienses similiter etiam eiusdem sua deuotionis, affectis, mandatariis & auxiliatoribus, Ioanni Miche, Ambroſio de Herckleſtein, Egidio Martini, Simoni Bologni, Thome le ſangant, Heinrico famulo, Io-

annis Miche, Ioannis Hordi, Nicolao Teclori, Ioanni Saulua'ge, Heinrico le Marixhael, Bierro Doien, Fastardo le Corbecer, Fastardo delle Vaulx, Nicolao Lasey, & cuidam dicto Filo, gratiam nostram Cesaream & omne bonum Reuerende princeps & honorabiles deuoti nec non fideles dilecti, ex parte & sacri Romani Imperii fideles dilecti Ioannes de Lonchiin consulis Leodiensis iudicio Cameræ noſtræ Imperialis ex positum est, Quatuor in proclamata, & insinuata publicæ pacis constitutione salubriter prouisum, & sub expressis pœnis prohibitum sit, ne quisquam cuiuscunq; dignitatis status aut conditionis existat, quamcumque ob causam quomodo cuicunq; illa vocari possit, & quoctunq; colore hoc fieret alteri bellum inferre, illum spoliare, capere, oppugnare, neque villam conſpirationem aut confederationem contra alterum inire. Prætereat ne quisque alterum sua possessione vel quasi aut detentione mobilium & immobilium bonorum regalium iurisdictionis territori superioritatis & omnium aliorum iurum, nullo excepto, armata manu & violento facto temere deiicere, sed vnuſquisque alterum in suo quiete & pacifice sine impedimento tranere permittere, neque illum villo modo offendere, illi damnum afferre, aut ralia facientibus opem & auxilium ferre, sed quicunque aduersus alterum actionem seu persecutio- nem habere præsumat, eam in loco & iudicio competenti prosequi debeat, istis tamen minime attentis & consideratis, vos supra dicti mandatarii prima Aprilis proxime præterita pluribus aliis sociis & complicibus vobis ascitis, hastis, telis Bombardis aliisque armis muniti, ex speciali tuæ, dicti nostri Principis Consiliarii deuotionis, mandato, murum quendam præfati Ioannis de Lonchiin Caſtrum in Villa de flemalia ſitum, circumdantem, armata vi concenderitis atque dirueritis, deinde in quendam domunculam iam dicto muro cinctam, & a prædicto Ioanne de Lonchiin seu colono suo possessam & inhabita- tam ruptis parietibus, violenter effregeritis, in- uaderitis & occupaueritis, atrociter comminantes si ipse Ioannes de Lonchiin resisteret, vos ipsum comprehenluris & captiuum abducturis esse, ita ut propter eiusmodi violentiam, irruptionem, inuasionem, occupationem, atque detentio- nem prædictæ domunculae, denique minas sparsas ipse Ioannes de Lonchiin domino de flemalia in cuius iusta & legitima possessione quiete fuit & esse debeat, vti frui, aut ibi iurisdictionem competentem tuto exercere minime possit, multoque minus propriis suis bonis in & circa flemalia ſitis gaudere, fructus colligere, & in horrea conuehere libere ausus sit, vobis supradictis Episcopalibus Mandatariis & violentis inuaso- ribus, nec non vestris fautoribus & auxiliatori- bus cum summa comminatione prohibentibus & impedientibus, cuius quidem admissæ contra publicam pacem assertæ violentiae tua prænominati Principis nostri Consiliarii deuotio iu- stam excusationem minime inueniens, in hoc elaborauit ut vos dicti Decanus & capitulum supta allegata bona domum & iurisdictionem ad manus vestras recipere, eaque sub praedicta comminatione detinere concinnet atq;

præfusq;

præsumatis, contra memorataim publicæ pacis constitutionem, adeo ut vos omnes coniunctim & diuisim pœnam fractæ pacis committeritis, ac de facto in eam incideritis, & propterea ad prosecutionem huiusmodi pœnæ sâpe dictus Ioannes de Lonchiin sibi citationem legitimam, vna cum mandatis subsequentibus de restituendo & ulterius non offendendo contra vos in forma solita decerni & concedi humiliter supplicari fecit, quæ cum ipsi decreta sint, idcirco nos volentes partibus de petitæ iustitiæ complemento, ut tenemur protidere imperiali auctoritate tenore præsentium vos omnes & singulos citamus & vocamus ut trigesima tertia die proxima à præsentatione sive insinuatione præsentium computando, quorum vndecim pro primo, vndecim pro secundo, & reliquos vndeclim pro tertio & peremptorio termino vobis assignamus: Vel si dies ipsa iuridica non fuerit ex tunc proxima causatum audiencia, per vos vel Procuratores & Syndicos vestros ad hoc legitime constitutos, & sufficienter instructos in supra memorato nostro iudicio compareatis ad videndum & audiendum vos præfatam pœnam fractæ pacis incidisse declarati vel allegandis causas rationabiles quare id fieri non debeat, propterea eadem imperiali nostra auctoritate sub pœna decem marchiarum auripari pro vna fisco seu æratio nostro, alia vero medietate præfato Ioanni de Lonchiin irremissibiliter persoluendarum sumiter præcipiendo vobis mandamus ut infra sex dies proxime à prædicta præsentatione sive insinuatione præsentium præfatum Ioannem de Lonchiin in pristinam suam quietem, possessionem, statum & iurisdictionem cum refectione daminorum restituatis, ac in integrum reponatis, insuper vobis etiam sub pœnis in præallegata publicæ pacis constitutione contentis quatenus hæc quemlibet vestrum concernunt, mandantes ne in posterum quicquam huiusmodi quod præventionatæ constitutioni publicæ pacis aduersetur contra eundem Ioannem de Lonchiin, vel suos quo minus honorum suorum possessione ac fructuum ex eis percipiōne libere per se vel alios vti & frui prohibeatur, & sine legitima iuris cognitione ac processu arceatur facere præsumatis per vos vel alios quodvis modo vel ingenerio quæsito, facturi in hoc iussione nostram Setiam, sin autem vos altero istorum præmissorum mandatorum scilicet de restituendo grauatos esse & contra illud causas legitimas & rationabiles habere putetis. Tunc iterum præfata nostra imperiali auctoritate citamus & vocamus vos, ut ad præmissam constitutam iuridicam diem quem vobis ad hoc similiter peremptorie assignamus, vel si dies ipsa iuridica non fuerit ex tunc proxima causatum audiencia, per vos vel dictos vestros procuratores & Syndicos in sâpe dicto nostro auditorio compareatis, ad docendum & allegandum huiusmodi causas rationabiles, & desuper ad ambas istas causas tam ratione assertæ commisse pœnæ, & ratione restitutionis nec non ad omnes & singulos actus & terminos iudiciales in his seruare solitos & consuetos usque ad sententias diffinitivas inclusive processuri & procedivisuri & audi-

turi nam sive sic comparueritis, &c. De quo nos, &c. Data Spiræ 29. Maii. Anno 56.

## Votum II.

In causa Friderichen Herrn zu Sw.

Contra

Herrn Conrad Grauen zu E.

De fracta pace, & quæ ibi exceptio-  
nes locum habeant.

## S V M M A R I A.

- 1 Ultra ordinaria iudex potest aliqua admittere.
- 2 Parendi necessitas in mandatis non ita stricte accipienda.
- 3 Qualitas facti, quando auferit iurisdictionem, ea non probata est incompetencia.
- 4 Cumulatio civilis & criminalis actionis in fracta pa-  
ce & num. 7.
- 5 Mandatum cum clausula in simplicem citationem  
resoluitur.
- 6 In iurisdictionis fundatione inspicitur petitum.
- 7 In constitutione fractæ pacis qua probanda. 23.
- 8 Qualitas facti probanda quod exemplo demonstra-  
tur. num. 10.
- 11 In criminalibus liquidissima exiguntur probatio-  
nes.
- 12 Defensio sola excusat à pœna fractæ pacis.
- 13 Defensio qualis debeat esse.
- 14 Excessus non potest dici defensio, & dolum arguit  
num. 15.
- 15 Adolo iniusta causa excusat & quomodo hoc acci-  
piendum. 2 § 39. 41.
- 16 Carceris privati sunt prohibiti.
- 17 Quisque vi rem suam tueri potest.
- 18 Excessus quando à pœna excusationem habeat.
- 19 Excessus in dubio culpa commissus præsumitur.
- 20 Interpretatio delicti exclusive sumenda.
- 21 Reconuentio quando exceptiue fiat.
- 22 Confessio est sufficiens ad pœnam imponendam.
- 23 Delicta paria quando compersentur.
- 24 Articuli non relevantes ad probandum non admit-  
tendi.
- 25 Dominus quando pro interesse subditi agat.
- 26 Reconuentio quando in criminalibus locum ha-  
beat?
- 27 Defensio debet fieri incontinenzi. 32.
- 28 Captiuus ad iudicem debet duci.
- 29 Relaxare voluisse non liberat à pœna.
- 30 Iurificationem Cam. fundat. constitut. fractæ pa-  
cis.
- 31 Defensio sepe transit in vindictam.
- 32 Legis auxilium frustra implorat qui in eam commis-  
tit.
- 33 Articuli non relevantes ad probandum non admit-  
tendi.
- 34 Reconuentio quando pro interesse subditi agat.
- 35 Articuli non relevantes ad probandum non admit-  
tendi.
- 36 Reconuentio quando in criminalibus locum ha-  
beat?
- 37 Non peccatum spe veria.
- 38 Criminali actione pendente civilis, quiescit.
- 39 Pœnam iudex potest alterare.
- 40 Iudex debet cunctarum mari.
- 41 Sententia in hac causa.

## Votum Correferentis.

**E**go primum hic quero, an replicæ actoris 18. Junii. Anno 1557. productæ acceptandæ sint, nec ne, & iuxta regulam ordinis venirent resicendæ, tit. 15. §. 2. & tit. 29. in s. 3. par. ordinat. Sed quia ex causa admitti ultra numerum replicæ, vltiora scripta, & termini possunt à iudice ordinat. d. par. 3. tit. 38. Quia ad decisionem in puncto mandati pertinens id scriptum est, continens confessam relaxationem captiui, quæ mandata fuit, & de qua alibi nihil apud acta constat. Itaque continent aliam petitionem contrariam repugnationi ad articul. libelli factam. Replicas predictas non reiicerem, nec tamen etiam admitterem expresse, prout infra in forma sententiae dicetur.

In causa principali duo sunt puncta. I. Mandati. II. Citationis. In puncto mandati, quod est de relaxando, petitur declaratio pœnæ, & id quidem iuxta libellum ex capite, quia captiuus relaxatus non sit. Sed cum in duplicitis ipse actor narrat relaxationem factam, ex eo capite damnari ad pœnam reus non possit. Sed secundo tardius relaxatione factam actor instat, sed nec ex eo capite puto pœna locum esse, & cum non tam stricte soleat in mandatis parendi necessitas seruari, & licet statim vel in continentia patere mandatum sit, interullum tamen id recipiat Bart. & Alex. in l. i. §. quia presens de verbis oblig. Bart. in l. fractus ff. solvit. matrim. Speculat. de allegat. & disputat. §. post hoc. vers. Item clausula. Qualis est hic partitionem resoluti in simplicem citationem. Alexand. notat. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nunciat. Itaque pœnæ petitionem locum amplius non habere. Sed de eo primo pronunciatur iste erkant reus in die Pœn dem Kaiserlichen Mandat emuerleibt nicht zu erkleren / sondern daun zu erledigen vnd zt absoluiren compenlatis expensis, quod iepatation ad hunc punctum peritæ non sint, iuxta quam formam pronunciatum est in causa Ottigen contra Brandenburgk/4. Junii. Anno 1557. Vt sic, actori sein begeren der declaration Pœn halber hemic abgeschlagen / sondern lest mans bey der in replicis den 18. Junii Anno 1558. fürbracht / gefindener relaxation bleiben Sunt in sicut 22. Junii Anno 1551. in causa Hertess contra Anhalt / & nuper 23. Decembri Anno proximo pronunciatum est in causa Eschenaw contra Haganaw / & hac forma posteriori libenter rterer.

Primo quia non late deductio & inter partes disputatio in puncto mandati facta est, & secundo propter alias etiam petitiones annexas, de sarcina, iuri & damnis captiuo illatis, de quibus etiam hic audiendum actorem non puto. Cum ipsius non intersit, nec damnum ei vel iniuria facta sit, possit vero pro se, si velit legitimis vii ad illa remediis captiuus relaxatus, qui læsus assentitur. Sed hic alia suboritur dubitatio, an possimus pronunciare in puncto mandati, simusque in iurisdictione fundati. Et videtur quod non, cum nondum probata sit qualitas in puncto citationis.

3 Quando enim & qualitas facti auferit iurisdictionem, ea non probata est incompetencia. Innocent. c. statuimus. de offic. delegati. ca. i. & ibi gl. de offic. delegati. Bald. in margarit. §. qualitas.

Secundo, quod non videantur ista posse cumu-

lari publici & criminis qualitates fractæ pacis, pax 4 & ciuilis restituendo ablata prosecutio iuxta l. interdum de publicis. iudicis.

Tertio facere etiam videtur, quod supra dictum est in vim & simplicis citationis mandati cum clausula resolut. Alex. d. §. meminisse.

Contrarium tamen puto verius per l. interdum. §. qui furem defuit. & ibi Bartol. Similiter Bartol. in l. i. §. i. de vi bonor. raptor. Nec obstat primo contra adductum, quia ad fundandam iurisdictionem inspicitur & non quid debetur, sed quid petitum sit, l. cum quadam. vbi Dd. de iurisdiction. omn. iudicium. Et quoad dictum Innocent. d. c. statuimus, ibi nulla subsistebat iurisdiction in casu notorio vel secus, nos iurisdictionem aliquam habemus primo oblatam saltem in secunda instantia, vel melius responderi potest dictum Innocentii procedere in qualitate extrinseca, vt est, esse in notorio vel non quando scilicet in qualitate illa consistit decisio totius causæ, & est fundamentum actionis, eamque mutat, quia tunc petitio inspicitur an subsistat. Id vero hic non esse ex eo clatum est, qd alioqui nunquam absoluueremus in causa fractæ pacis, in puncto mandatorum, sed semper aliter condemnaremus & pronuiciaremus nos incompetentes, cuius tamen contrarium sepe factum, & ex eo facilis etiam est responsio ad secundum obiectum, l. interdum de public. iudic. Quod se. procedat, & quando inquitque & que principaliter intentatur, securus quando res oblatæ incidenter restituvi petetur, vt tradunt Dd. in d. §. qui furem. & l. si quis ad se fundum. C. ad l. Aquil. de vi public.

Similiter non obstat tertium, quia adhuc durate effectum mandati traditur, quamdiu causæ relevates non adducuntur, itaq; posse etiam si partitum non esset, adhuc partitionem iniungi. Ripa, in d. §. meminisse. Quod notandum est.

In puncto citationis videndum de quatuor, primo, an non considerato responsiones ad articul. libelli impugnatas esse, postrema actoris petitio in duplicitis attendi debeat, vbi quod factum in articulis positionalibus propositum confessum sit, vltiori probatione opus non esse intendit, condemnandum reum. II. Si postrema hæc petitio locum nondum habeat, quid pronunciandum super responsionibus. III. An articulæ causæ hinc relevantes & admittendæ? IV. Cum varia sic circuillas petitio, quomodo sint admittendæ. Circa primum prædicto in causis fractæ pacis duo probanda violentiam in armis & §. item lex Julia. In 8 sicut. de publi. iudi. Constit. Landsfriedens præsidi. mit gewehrter Handt vnd gewaltiger That. Secundo dolum l. 2. §. dolo male. ff. de vi bonor. raptor. Constitutio prædicta in verbo freuentlich / nullum enim delictum punitur sine dolo l. cum autem. §. excipitur de adulir. edict. Præterea ipsa vox Landsfriedbruch / dolum importat, ergo probandus Bart. l. i. §. non autem. Si quis testa. lib. esse iuss. Atque iuris est, quando requiritur factum qualificatum, quod non sufficiat probatum factum esse, & aut de eo constare sine qualitate. l. raptor ait. §. hac autem. vi bonor. raptor. l. Fulcinus. §. cum hoc ff. ex quib. caus. in possessor. Et ibi gl. & Bart. Quamdiu ergo qualitas requiri probata non est, actio cessare dicitur. l. in lege ff. de contrahen. empition. Et reus venit absoluendus c. cum sit. & c. conquestus. defor. compet. pulchre Cyn. in l.

**10** in l. 2. C. de probatio. Quod † si accusatio de insultu cum armis facta sit, & insultus probetur sine armis, Reum absoluendum fac. Bart. in l. denunciaſſe. §. qui tamen ad l. Iul. de adulter. Salicet. l. 2. ad fin. C. ad l. Iul. de vi public. Iam si responsiones rei nostri ad articulos propoſitos inspiciantur, factum quidem videtur de abducto & incarceratedo Actoris Schulteti fatetur Reus, sed ad tertium articulum expreſſe vim factam negat, & ibid. sicut ad 5. cum non sine causa, sed ex iusta captiuum apprehenſum aſterat, etiam dolum, nec vim. Ergo nedum non armata nec dolus probata ſunt. Nec quidem hic preſumptive, cum aliter non ita veniat, niſi preſuppoſita facti iuxta suas qualitates, evidentia. Salicet. in l. Senatus consulto. Cod. de his qui in teſta, ſibi adſcrib. Angel. in l. ſiquis ex domo, de furtis. Neutiquam ergo, preſertim in cauſa tam graui & capi- tali, in quibus iuxta reg. probationes † lace meridiana clariores eſſe oportet, ſine alia, quia adhuc quidem deductum eſt, probatione critinis con- tra Reum noſtrum, quicquam deceſtare poſsum, aut petitionem Actorum attendere. Ergo put. videndum de reſponſionibus, & eas habeo pro ſufficientibus: poſſet tamen dubitari de ratio- nibus ad 3. Sed cum is plura puncta contineat, diſtinguendo, recte reſponſum cenſeri pothe, & licet ad id quod ponitur de reſtitutione Actoris nihil dictum; tamē ſufficere poſtea in defenſionib- bus productis eōfelliū & petitiū à Reo. Cum vero & ipſe per ſe Actor probate ulterius non of- ferit ex officio in pronunciacione acceptationi re- ſponſionum ſubiungerem, vnd von amptis wegen der Bescheidt / wolte darauff ermeſder Kläger in der Sach / wie ſich gebürt / volnfahren / daß er als dann die geſlagte Landſriedbrüchige Gewalt / wie ſich vermög der Rechten vnd Reichſordnungen gebürt / beweſen möge. Idque etiam ideo quod in hi videatur, nec iuxta narrata Citationis, ſicut ea ex ſapplicationibus petentium inſerti ſo- lent, nec in articulis libelli, in hoc paucis Citationis ſufficiēter fracta pacis qualitates, iuxta lus & ordinationem expreſſas eſſe. Et iraque ſi non expreſſe illæ alioqui non probentur, ſed illud ſal- tem quod de ſimplici vi propositū eſt, male pro- ceſſus primi decreti, admissaq; probationes non relevantes in cauſa ceneſtātur; Quod nulla, ſed ad fractam pacem condemnatio ſubſequi poſſet, aut etiam, ſi reuera fracta pax eſſet, iudicium ſemel quod ſubiit, temere effugiat Reus, & ſine lege poena ſit contra publicam utilitatem delictum grauiſſimum.

Denique etiam & tertio, vt intelligat Actor infor- mitem adhuc vel male à ſe petitum, & circa petitionem variatum eſſe.

Quoad 3. præmitto, conſtitucionem Imperia- lem fracta pacis nullam cauſam admittere, quæ Reum excusat. Excepta † defenſione, ibi auſſe fei- nerich Ursachen willen / wie die Stämen haben möchten / ſed vult cōmuni Iuris via vi, ſicut & ius commune, l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi publ. l. nullus. C. de iudeis & cœlicolis. Sed non videtur de- fenſionem legitimam hic firmani poſſe, cum ea requirat veram viam illatam, quam ſcilicet rei ma- joris impetus, qui auerti aliter nō pothuerit. l. 2. & ibi gl. quod met. caſſ. Tales autem hic fuſſe non pro- batur. Primum quod narratur Actorē vi caſtrum

ſuum recuperaffe, id cum captura personæ poſtea facta nihil habet cōmune, maxime cum illa per- ſona, tunc cū capta eſt recuperationi, ſi eam face- re Reus voluſet, quod non apparet violenter non reſtituerit. Imo nec armata tunc fuerit, aut ad vim intenta, iuxta quartum articulū, qui eſt con- fessus. Et respectu occupationis caſtri defenſionē, nec neceſſitate, Reo preſertim in captura perſo- nae huius, de qua querit Actor extortam ex eo etiam videtur ſatis apparere, quod Reus ipſe in Re- plieſ dicit, ſi petita mobilia, ſine recuſatione ſibi ab Actorē eſſent reſtituta, hette er wöllen mit dem ſelben vngerecht geübten Gewalts zum Hochmuth wol zu ſriedē geweſen / vnd ſolche Injuri v Freundeſchafft zu lieb / Ehre / vnd Verschöning nachgeſet- hen habe. Similiter nec ipſe Reus ita allegat, quod defenſionem pro recuperatione, vi ablatorium inſtituerit. Secundo, quod allegatur in 14. defenſionali Actorē Reo eſt ait erlebt Weib / contra eius voluntatem vorenthaltē / nec id violentiam, que non niſi contraria vi auerti, aut non iure uitati pothuerit, continet, & cum captura etiam ſchulteti, ſimiliter nihil commune habeat, niſi iu- re repræſaliarum factum. Ad q; tamen nulla facta mentione ad relaxationem ſcēminæ detentæ ob- tinendam, ſchultetum carceratū a ſe eſt. Reus ita deducit. Et vt eſet ita, vt oportebit propositū, tamē nec vllum interelle Actoris hic fuſſe appa- ret, & vt habuerit aliquod repræſaliorum, ni- hilominus vi fieri ab eo iure pothuerit, cum vt̄que partium euñdem ſuperiorem recognoscat. Bald. & Salic. authent. ſed omnino, facit text. & Bald. in l. generali. C. de decuriorib lib. 10. cap. t. de milite va- ſallo qui contumax eſt, vt taceatur de ſolemnitatibus requiſitis, denunciatione, & aliis de quibus Dd. in d. authent. ſed omnino. facit text. & Bald. & In- nocent. c. olim. 2. de reſtitut. ſpoliator. Item quod iu- ſtitiam denegatam hic non conſtat. Tercio quod allegatur in 15. & 16. articulis de equitibus ex- ploratoribus, & auſſgemahnter Leuth / in ſimi- li causa eſt, cum ſuperioribus factis, quod ex illis, ſi quod periculum Comiti violenter impende- ret, quia cum in eius exercitio Schalitus ipſe nec fuſſe articuletur, & ſine captura eius, maxi- me tunc cum opus eſt, uitari pericula pothuerint, propter eum conſtabit, modum ſalterem debitæ tutelæ defendendi excessum, per id, quod aliter, vt dictum eſt, uitari periculum † pothuerit iuxta 13. Bart. l. furem de ſicariis. Anton. de Butrio d. c. olim. de reſtitut ſpoliator. Excessus autem dici defenſio non poſſit † iuxta notat. in l. 1. C. vnde vi. vulg. lege. vt viii. 14. ff. de Inſtit. & iure. & in l. adulterium cum inceſtu, §. Im- peratoris, de adulter. Preterea etiam non videtur ſubſttere, quod allegatur, iure Reum exequi noſi pothuerit. Cum illo tempore, Anno 53, Iudicium non fuerit & Camera interpellati pothuerit. Mi- nus illud, quod dicit cauſam noſi qualificatam, auſſe den Landſriedet / quia adhuc eius probandi facultatem Actor habet, vt ſupra dixi, & ſi non probentur qualitates requiſitæ, Reo non eſit o- pus ulteriori probatione, quia licet nihil præſi- terit, absoluerit. Denique ſimiliter dici pothe ad id, quod poſtremo allegatur dolo caruſſe Reum, cum ipſa violentia, ſi ſufficienter probetur, do- lum † poberet. l. 2. §. dolis de vi bonor. raptor. Alexand. conſilio 3. volum. 1. Et licet cauſa etiam iniuſta di-

16 catui † excusare à dolo. l. plagi. & ibi Angel. de  
plag. l. i. de abigeis. Iason l. si quis id quod. de iurisdict. omn. indic. Quia id locum tantum habet in iis, quæ posse sunt se habere indifferenter ad delictum, vel non secus in iis factis, quæ per se sunt illicita, l. dolum. C. ad l. Iud. de adulter. Alexand. d. consil. 103. in l. rotum. Felin. c. in presentia. num. 13. de probation. Felin. & Panormitan. c. cum dilect. de accusation. maxime in prohibitis Iure naturæ, & notorie Angel. & ali. in l. ex consensu. §. final. de appellation. Salicet. d. l. Senatus consil. C. de his qui testam. ad scrib. Sed pacis publicæ fractionem contra naturæ ius esse text. sunt. d. l. vt vim. de insit. & iur. l. Cod. vnde vi. diciturque immane delictum glof. l. 3. de vi & vi armat. Et de grauissimis Bart. in l. non solum. §. si mandato de iniur. Et in specie hominis liberi inclusione, illico vim publicam committi est, in l. qui actum ff. ad l. Iuliam. de vi public. Tamen etiam carceres priuati † prohibiti. l. vnic. C. de penitatis carceribus. Et de notoria prohibitione manfestum est ex toties publicato Landfriedens / & iure communis fac. quod uot. pluribus laton in l. iuste possidet. de acquir. possess. dolum iniustum non excusare in pena legali. &c.

Istis tamen non obstantibus, contrarium decidi iure existimatim conuenientius, & primum in articulis releuans illud videri: Quod de minimis ab Actore Reo zuembotten / in 7. articulo, postea in 17. articulo, 18. 19. & 20. de insidiis vitæ suæ struttis, & id in specie, ope & opera prædicti Schulteti articulat Reus. Ita contra eum suæ vitæ insidianem defensionis legitimæ tutela in suiscipere Reum potuisse, eaque si ita probentur, neutiquam legitimæ defensionis modum excessum: Quod vitæ suæ insidianem adduxerit. Cum enim rem aliquam tuam tueri vulnusque perf. vim licet, glof. & Dd. d. l. nullus. Cod. de Iudeo. Bart. & Alexan. l. si alius. §. bellissime, quod vi aut clam. Bald. l. si quis ad se fundum. C. de vi public. Magis corporis periculum auertere. d. l. vt vim. d. l. i. & alii iuribus. Castren. consil. 35. in ip. in Christi nomine priusquam iura fieret. Et posito ira ea non probari, vt plene factum rei excusent, eumque à pena vel excessa tutelæ in totum liberent, tamen illis subsistentibus, saltem de excessu, & sic mitiori † pena plebentur quam si occasio delinquendi data non esset. l. adulterium cum incestu. versio. & magis. de adulter. Bald. d. l. vt vim. versio. modo restat videre. Alexand. consil. 75.

Illaque sane potest augere Castri & dominii à Reo posselli ab Actore violenter facta recuperatio, Verstrickung der Diener Rei, & alia etiam verba iniuriosa vom Messer in der Scheiden/omnia ab Actore confessi apud acta. Præterea etiam quod Schultetum captum similiter constet in reoccupatione violenta Actori adfuisse, quæ omnia accumulata, vt in totum causam iniustum non constituant, nec dolum auertant, tamen propter dolorem ex iniuriis prædictis conceptum & inter Principes saltem pro iusto habitum, dolum ita mitigat, & mitiorem facit, vt possit etiam mitigari & minor pena imponi. Panor. c. olim. de 20 rescrip. Et in dubio excessus præsumi debet † culpa & nō dolo præcessisse. Salic. l. Gracchus. C. de adulter. Ias. d. l. vt vim. Bart. l. q. ait de adul. Bal. l. si quis non dicit capere. C. de episc. & cler. Sicut in dubio semper est

sumenda interpretatio exclusiva † delicti. Bald. 11 l. & si se uerior. C. quibus ex caus. infam. irrog. num. 10. Sic Iudex potest non morte, plectere homicidiam, quem compulit dolor ortus etiam aliunde, quam ex facto defuncti. Roman. l. cum mulier. ff. solut. matrimon. num. 66. Sic lex mitigat pœnam falsum instrumentum producentis. l. falsi. §. ordine. adl. Corneliam. de falsi. Et ordinatio ex causa permittit mitigare pœnam fractæ pacis. Constitut. des Landfriedens / tit. von Gewalt des Cammergerichts / die Acht vnd Pœn derselben be langende.

Deueniendo ergo ad tertium, quia ita Reus petuit, admitterem ad probandum articulos ab eo productos in vim defensionalium: Nec attendetem aliam petitionem de reconuentione per viam Citationis, quia illam tantum subiunxit in euentum, & aliam primo loco principaliter instituit. Quod & inscriptio prædictorum articulorum testarunt. Itaque hic opus non existimo laborare de laboriosa illa quæstione, An & quando in capitalibus & criminalibus locum habeat reconuentio. Nec quidem, licet etiam ante petitionem Citationis agens, ad huc de recipiendis articulis in vim defensionalium subiunxerit petitionem, Reus de non solum absoluendo, sed etiam condemnando in pœnas fractæ pacis Actore, videaturque ita exceptive reconvenire, quod fieri † posse tradit Angel. authentie. & consequenter. Cod. de sentent. & interlocut. omn. indic. versio. ideo autem dixi. Socin. rubrica. de mut. pet. art. 1. & n. 1. & art. 3. Bald. & Alexand. l. viro. solut. matrimon. Bart. l. neque. de compensatio. Idem & alii in l. 1. C. rer. amotar. quia id remitto post plenam causæ totius cognitionem, quatenus attendi vel non discutiendi & definiri. De forma infra ei. am. Expensas ob dubium iuris punctum compensarem. Et quia non apte respondit, iniungere Actori responsio etiam ad defensionales. Cem ciuil actione haben wir nichts zu thun / sine mandatum, vt hic putarem, si Citatio decepi posset, adiungi possit, &c.

D. Referens. Quo ad formalia, nihil desiderat, quoad causam principalem, non tantum super admissione responsenum & deplacatum, verum etiam super negotio principali submissum. Itaq; videndum primo. An factum proper quod Reus citatus, si qualificatum auff den Landfrieden. Secundo, an probatum, vel ut probetur admittendum. 3. An citati articulatæ causæ sint relevantes, vt non sit declarandus in pœnam. 4. An citatus ad petitionem Actoris, capto Schulteto pro iniuria & damno teneatur. 5. An hic locum habeat à Reo intentata reconuentio, vel annexa pro Citatione petitio. 6. An super responsebus pronunciandum. 7. An duplicitæ acceptandæ. 8. De sententia.

Primo, vt committatur pœna fractæ pacis. Tria † requiruntur, 1. vis facta cum imperio qui repellere non potuit. l. 2. de eo, quod met. causa. 2. Et cum armatis hominibus, l. 3. de vi publica. 3. Ut dolo fiat Iason. l. in actionibus, numero viginti octo. de in lit. iur. Et per verbum prædictæ constitutionis Landfriedens strengendlich. Factum hic videri, quod bis conueniat, iuxta narrata mandati & libelli vim esse expressam cum verbis, thâs liches

liches eigenes Gewalts/re esse verba dolum conti-  
nere, sicut violentia, l. 2. §. dolis. de vi honor. raptor. E-  
iusque verum non præsumptum, quia apparet ex  
indiciis manifestis, l. dolum. C. de dolo.

II. An probatum vel ad probandum admitten-  
dum, præmittat probationem fortiss. confessione  
in iudicio factam, sed Reus in responsionib. ad 3.  
& 5. artic. factum credit ibi verum, & dicit tantum  
factum propter peritum, iuxta præmissa con-  
cludit, factum articuli sufficienter probatum, nec  
opus esse actori vteriori probatione, & stante  
tali confessione vera, ad omnem pœnam deueni-  
ri posse: Angelus l. ea quidem. 6. colum. C. de accusatio.  
Panormit. c. cum super de confess. Alexand. cons. 127.  
nu 2 lib 4.

III. An relevantes defensionales. Examinat or-  
dine. 1. de non transmissis literis Marchioni, occu-  
patio vi castro, adstridis ministris Rei, occupatis e-  
ius mobilibus. 2. recenser defensionales, iis videri  
Rei petitionem fundatam, tunc etiam in his, quæ  
sunt & de genere prohibitorū, omnis causa etiam  
iniusta excusat à pœna delicti. Ang. in l. plagi. de pla-  
giariis. Præterea ex actis apparere, quod si causæ  
non intercessissent, de quibus in defensionalibus  
Rei ministri non cōp̄iscent Schultetum sed debet  
apparete, quod ea fuerit causa, & quod ea motus,  
eaque cessante non fecisset. Argument. l. qui cum v-  
no. de re militari. Angelus & Innocent. l. ex consensu.  
§. final. de appellatiōn. Sed prædicta non habere lo-  
cum in delictis not. Angelus in leg. sed et si lege. §. scire  
de petit. hereditat. & d. §. final. leg. ex consensu de appellatiōn.  
Alexand. cons. 103. numero 13. lib. primo. Sed pri-  
mam causam, ut sup. non liberare Reum, quia ad  
captum Schultetum nihil pertinet, quod actor  
contra Reum deliquerit.

Secundum causam similiter irrelevantem de a-  
nus detentio, cum non sint patia delicta. Et po-  
sto eff. paria, quæ compensari possent, & iuxta l.  
trio. solut. matrim. Tamen hoc casu id fieri non pos-  
se, cum agatur de pœna, quæ applicetur fisco. Fallit  
Socin. in reg. delicta paria. Tertiā causam de equi-  
tib. prope castrum Castell etiam alienam causam  
continet: Quia Reus dicit captum Schultetum  
propter peritum.

Quartam causam de persecutione Rei mini-  
storum per Deheind actorem non excusatum, cū  
in replici Reus faceatur, quod suos tantum equos  
voluerit widerholen / & actori keine Ruhē nemen.  
Quia cum Reus voluerit de facto vi agere, merito  
persecutum ab actore.

Quintam causam: quod Reus viti diutius susti-  
nente non potuit, sed coactus prosecutorialibus nach-  
zuträchten / & non relevat, quod non factum in cō-  
tinenti, & causa non talis quæ excusat, prout re-  
quiritur in tit. 9. §. 2. ordin. part. 6.

Sextam causam: Schultetum fuisse actori auxi-  
lio, non esse sufficientem ad capiendum & quia ad  
Iudicem debuit duci, l. capite quinto de adulter. Bald. l. cum ea. Sed Schultetum non commisit ca-  
pitale crimen, & posito, quod commiserit, & re-  
ste captus, tamen statuto tempore ad iudicem no-  
ductus. Ergo fractæ pacis crimen commisit capi-  
endo, d. l. c. 5.

Septima causa, quod patatus fuit Reus & Schul-  
tetum relaxare, etiam non relevans, quia non li-  
berat à pœna fractæ pacis, sed tantum mandati.

Octaua & causa, quod pertineat hæc causa ad 30  
Aufftrag. Si non subfistit, quia fract. pac. titu. 9. 2  
part. ordin. contrarium statuit.

Nona causa dolum non commissum similiter  
non valet, cum supra conclusum vi dolum factum.

Decima causa, defensione permisam, nullis pre-  
tii, iura Rei defensio, capiendo Schultetū & transie-  
rir in vindictam, l. nullus. C. de Iudeis. Et non sit vera  
defensio, cum Schultetus captus in territorio sui  
dominii, neminem offendens, functus est officio  
suo, Dd. l. vt vim. Panor. c. olim. de resti. spol. quia etiam  
in continentis facta non est, & nempe in ipso actu 32  
flagrante criminis, insultu adhuc durante, l. si ex pia-  
giis §. tabernariis. ff. ad l. Aquil.

Vndeclimo causa, frustra implorare & legis aux-  
ilium quia in eam cōmittit, similiter non relevat,  
tunc actori occupando castrū non fregerit pacē, &  
Reus iuxta suas literas ad actorē fuerit contentus,  
si modo actor sibi restituit ablata, concludit defen-  
sionales non admittendas, quia non relevarent, p-  
bat & gl. l. t. 1. de confes. num. 6. l. ad probationem.. C. de 34  
probat. Ad quartam quæstionem principalem juris  
esse dominum pro subdito capto posse agere iniu-  
riatum & pro interesse suo si subditus captus in o-  
dium vel iniuriam domini sit captus, c. dilectis, vbi  
Innocen. & Hostien. de appella. Spec. de causa possif.  
& proprieta nu. 95. Rota. decif. 388. in noui. Sed pro  
rebus subdito ablatis, vel damno eius agere non  
potest, c. authoritate, vbi gl. fin. de priuile. in 6. Con-  
cludit ergo Reum ad instantiam actoris, ad dandū  
aliquid Schulteto non condemnandum, sed ipsi  
capto ius suum saluum.

### Ad quintam quæstionem.

Considerat primo, an accusatus criminaliter,  
possit similiter reaccusare suum accusatorem, & es-  
se text. Clar. in l. neganda. C. de his, qui accusa. non poss.  
quod non, si suam vel suorum iniuriā non pro-  
sequatur facit, l. u. qui Reus de publi. iudic. c. neganda. 3.  
quæst. 11. gloss. 1. et si clerici de iudic. Sed B. ld. in l. 1. num.  
17. C. quoniam accusa. non poss. tenet, etiam si suam vel suo-  
rum iniuriā non prosequatur, indistincte posse  
recusare, Idem Bart. l. is qui Reus, nu. 3. de public. iudic.  
& idem in d. authent. & consequenter dicit materiam  
illam loqui, si accusatio fiat coram iudice suo, pri-  
mi felicit accuseroris, secus si coram alio: Ratio:  
Quia actor illius iudicem non elegit, sed ob necel-  
litas maleficis sibi facti accessit l. 2. §. sed et si agat,  
de iudicis. Cum ergo Camera utriusq; partis com-  
petens iudex sit in fract. pac. concludetur, Recon-  
ueationem esse admittendam: Sed secundo ex-  
aminat, an factum sit qualificatum, & concludit,  
quod non, quia fateatur Reus in defensionalibus  
actorem à Marchione restitutum: Ergo iure, quod  
suum est, occupavit, & pacem non friget, licet me-  
lius fecisset actor, si prius Reo insinuasset literas  
Marchionis, nec percasset spe & venia. Panor. c. o-  
lim de resti. spol. Item Reum bene futurum conten-  
tum, si actor voluerit restituere mobilia in Castro  
& Reum cū per Mühlsteinach habi tursum  
prouisum de sua pecunia, non læsum, nisi in ablatis  
in Castro, ad quæ non fractæ pacis, sed simplicis  
spolii actionem magis contineat, sed ei merito  
supercederi pendente criminali & actione Bart. d.  
auth. & consequenter. Panor. d. c. 1. de mut. petit. 38

Concludit ergo necessario petitionem Rei de declaracione in pœnas fractæ pacis actoris, & cirrationem petitam denegandam, cum expressa reservatione super ablatis Reum competenti loco posse agere, si velit. Ad 6. & 7. questionem D. Referens non pronunciandum concludit, cum videatur actor acquiesce replicis ad responsiones, & quod Kaden de responsionibus ad defensionales simpli citer in genere excipit, non specificans, ad quos, sed cum suo iudicio vltiori probatione non opus, causam acceptatam pro conclusa ex officio. Et in sententia duplicarum, quas Kaden petiit reliqui mentionem non factam: Reicere enim non potest ob propositionem de Schulteto relaxato, q; causam non allegatam. Ad 8. causam acceptatam pro conclusa, secundo Reum non declarandum in pœnam mandati, nec moram attendit, cum causa quælibet excusat a mulcta absque consensu iudicis la. l. vnic. §. fin. num. 24. si quis ius dicunt, &c. Præsertim cum ius actoris non sit ex mora factum deterius, per l. et si post tres. vbi gl. & Dd. si quis cautio. Tertio cum iudex possit alterare pœnam f Bald. l. 2. num. 2. C. ex quib. caus. infam. irroget. Pronunciatur Reum non in pœnam banni, sed pecuniariam tolerabilem condemnandum, quia Reus ab actore lacessitus, & ita iusto dolore f motus deliquit, quo casu pœna delicti mitigari debet l. si adulterium cum incestu. C. ad l. iul. de adult. Abbas e. olim. de restit. spolia. facit e. si vero. §. nec ille de senten. excommunicat.

Quarto in sententia expelle Reo denegatam petitam declarationem pœnae contra actorem, & item citatione facta, tamen reservatione supra dicta, condemnando Reum in expensas: D. H. deliberat ad proximam, similiter D. & D.R.D. W. celebat per omnia tecum.

D. H. præmittit modum conclusionis in causa principali citationem ad videndum se incidisse. Quia substituent partes in duobus, non sufficietur ratum, an defensionales admittendi.

Deinde iudicis esse cuncta f rimari iuxta omnes circumstantias, & si pars non faciat: indicem debere admonere. l. Iud. authent seq. C. de iudic. Itaq; concluderet in principali causa nondum pronunciandam, ut ego. I. ergo latius considerat an duplicita rei clendz, & concludit ex rationibus per me, quod possit Camera dispensare, maxime in causa graui criminali fractæ pacis, non vult eam expressè facere mentionem.

II. Vult acceptare responsiones & articulos libelli & concludit ut referens ad tertium articulū. III. An defensionales admittendi. Et cum putat talia deducta, quæ possunt dolum excusare, vel mitigate, itaque admitteret scilicet tanquam defensionales, & si id fecit, putat nos minime posse peccare, cum diligenter & favorabiliter defensionales Reorum audiendi & ampliandi vult etiam injungere vltiores responsiones, in puncto mandati concludit cum referente & tecum, vult uti fortia, quæ ego &c.

D. H. Actum ex fracta pace, an factum sit qualificatum, & confessum 17. Aprilis quidem, sed non de tali vi, quæ requiritur: vnde nec talis dolus, qui requiritur probatus, vult in omnibus punctis breuiter tecum concludere.

D. D. similiter, placere etiam ei maxime ex officio in ungi actori qualitates fractæ pacis illi probig-

ren. D. R. Non probatam vim armata: Ergo non fractam pacem, quia sine armis capiens iniuriam tenerur ei, in cuius territorio fecit, e. ex parte de verbis significat. Bal. l. sicuti §. Aristot. ff. f. seruit. vindic. defensional. vult ex rationibus à me adductis admittere, similiter & duplicas, & in omnibus aliis punctis similiter tecum concludit, &c.

Pronunciatum 17. Aprilis,  
Anno 1559.

In Sachen Herrn f. F. Freyherrn zu S. Cla<sup>r</sup><sup>e</sup> 43  
her contra Herrn Conraten Grauen zu E. fractæ  
pacis Belagten in puncto citationis / vnd die auf  
den 25. Tag Maij Anno 1554. repetire libell gegebe  
ne Antwort für gennsamb angenommen / vnd dan  
die den 28. Tag Maij bemitteltes Jahrs fürbrachte  
articulite Ursachen beschehler Einred vnuerhun  
dert in vni defensionalium doch saluo iure imper  
tinentium & non admittendorum zubeweisen zu  
gelassen / vnd das darauff E. Breunle in zeit / vnd  
wie sich vermög der Ordnung gebürt / nochmahl  
antworten / auch vom Amtswegen der Bescheidt:  
Wölle ermeister Kläger weiters in der Sachen  
vollnsfahren / das er alsdann die geclagte Land/  
friedbrüchige Gewalt / wie sich vermög der Recht  
vnd Reichs Ordnung gebürt / beweisen soll. Herr  
nern in puncto mandati ist gedachtem Kläger sein  
Begeren der Declaration pœnae halben hiemit ab/  
geschlagen / sondern läßt man es bey den in duplicitis  
18. Junij Anno 1558. einkommener gestandener  
Declaration bleiben. Compensatis expensis, &c.

### Votum III.

#### In causa

Herrn P. Grauen zu N. modo A. vnd P. no  
mine conuent zu R. tanquam  
patroni

#### Contra

Die Amptleit gemeiner Herrschafft zu S.  
Febr. 1579.

Disputatur de fracta pace & spolia.

#### S U M M A R I A.

- 1 Clerici non accusant criminaliter.
- 2 Clerici ratione regal. Imperij quando agant.
- 3 Patronus nomine ecclesia agit super fracta pace.
- 4 Defracta pace quiu agere potest.
- 5 Lotaringia princeps ratione fracta pacis in Camer. conuenitur.
- 6 Dolus verus in constitut. fracta pacis exigitur, & qualis causa excusat. num. 7.
- 8 Requisita omnia hic probanda & 9. 12.
- 10 Lata culpa hic non sufficit etiamsi dolo proxima.
- 11 Quid pronunciari soleat in punto Cit. qualitate de-  
ficiente.
- 13 Banni pœna potest in arbitriam commutari.
- 14 Expensas hic nonnunquam compensata.
- 15 Ex fracta pace & ciuiliter agi potest & 16.
- 17 Constitutio fracta pacis & religionis à parti pro-  
cedunt.
- 18 Ciuilis & criminalis accusatio cumulantur.
- 19 Exceptiones peremptoria nō impediunt causam prin-  
cipalem.

- 20 Spolii quando agitur coram ordinario iudice facienda.  
 21 Qualitatibus constitutionis non probatis reus absolvitur.

## Votum Referentis.

**M**AN DATA vtrinque 1. Abbatissa. 2. N. sunt sufficientia ex quibus postrem vel Alberti vel P. Comitum de N. Deinde Reorum scilicet Ducis L. constituentis Syndicum Seiblenniu. 37. tantum pro S. n. 38. sufficientia. Et licet non esset Reorum sufficiens, tamen quia absoluit iuxta decretum proximum. Anno 28. sufficiens putat. Nullitas nulla. Actio quæ: Duplex institutus est processus. Alter in punto citationis ad videndum, &c. isque principaliter: Alter in punto mandati, de restituendo in consequentiam & accessorie. Et quoad priorem processum, actores intenderunt accusationem ex d. constitutione pacis publicæ, ut videre licet. An hæc actio competet? Regulariter Ecclesiastice personæ, non possunt quæquam accusare criminaliter, ex quo pœna sanguinis interrogatur c. prefatus. de homicidio. in 6. c. sententiam. c. clericorum vel Monachorum &c. Iulius Clarus, in pract. crim. § fin. quest. 26. Gail. obs. 8. n. 5. lib. 1. Ergo nec ex constitutione turbat pacis publicæ. Gail. n. 6. Quod licet in iis, qui immediate imperio subsunt, ratione feudalium Regalium priuilegiorum, quæ ab imperio habent, aliter sit constitutum & vsu receptum. Idem n. 5. 7. & 9. tamen, qui non sunt status imperii, vel ei immediate, sed aliis superioris ordinis subiecti non possunt accusationem ad pœnā banni ex d. constitutione instituere. Idem Gail. n. 10. Quod etiam in iis intermediatis procedit, qui gladii potestatem & merum imperium habent idem Gail. num. 11. Cum igitur d. Abbatissa & cōuentus, non sit Status Imperii, sed subsit Episcopo Metensi, ut ex tabula deß Chargedinges videatur licet, quin nec merum imperii habeat, sed id pertineat ad S. perpetram suo & suorum nomine instituit accusationem ad pœnā banni, in punto citationis. An vero ad restitutionem damnorum & bonorum ablatorum agere potuerit, suo loco videbitur. Sed cum V. quoque & patronus L. una Reos accusarunt. Quæritur an ipsi hoc competet? Et dubium non est, quin hac accusatione uti potuerit.

3 Non modo quia ob ius patronatus, tum ipsum cœnobium, tum eius subditos, qui & ipsi iure iurando sunt obstricti; cōtra vim tueri & defendere tenetur. Sed & quod publicum hoc sit officium sue actio, quam quis exerceere potest. Myof. cen. 4. obs. 34. De Reis quæstio etiam est, exemptionis à iurisdictione Camerae, Ducis L. in Comitis Augustanis An. 48. eiusdemq; subditis concessum. Sed non obstantibus priuilegiis regulariter status quicunq; sunt, conueniri possunt in Camera ob violatam publicam pacem. Quod nominatim deduce Lotharingiæ in privilegio exceptum est, & annotatum est & ad verbum nude descriptum à Myns. lib. 5. obser. 59. Concludit respectu Comitis & reorum huic actioni locum esse.

## An probata.

Requisita huius accusationis pluribus deduxit in hoc 4. senatu, Anno 71. in causa A. contra S. Re.

os. & Anno 73. in causa R. contra M. & in causa C. von F. cōtra olim H. post 1. Herzogen zu B. vnd E. in duabus prioribus fuit Correferens in ha. Referens. In omnibus autem Domini vel maioribus vel consentientibus votis, comprobarent illa requisita, de quibus agitur. Ostendit autem non præsumptum sed verum & expressum dolim requiri. Myns. cent. 3. ob. 98. nec præsumptuue sed evidenter plerunque probationem requiri, Gail. lib. 1. obs. 2. Porro tum auctoritatibus tum rationibus ibidem expositis ostendit, non quamvis causam, etiam tamen asinam & crassam supinam ignorantiam: sed probabilem, & errorem ex verisimili licet non iusta causa, sine calliditate tamen. Itē imperitiam & iuris civilis qualē qualē ignorantia & à dolo & à pœna doli manifeste excusare. Déduxi etiam non cōpetere huius constitutionis remedium, nisi omnibus requisitis concurrentibus, & si vnum desit, ei locum tamen non esse Gail. d. obser. 7. n. 10.

Præterea nisi accusator factum Commissum, recta cum constitutione de pace publica pugnare, &c. vt aiunt, cum omnibus necessariis tamen qualitatibus probauerit, huic constitutioni locum non esse. Gail. d. lib. obs. 13. Nam iurisdictio nostra fundatur in qualitatibus pacis publicæ, quibus nisi factum congruat, de quo agitur, deficit nobis iurisdictio, tum igitur Rei sunt absoluendi. Myns. cent. 2. ob. 27. ob. 98. lib. 3. Gail. c. 13. n. 12. 13. Ut igitur speciem nostram ad hoc accommodemus, etiam si statuerimus vim commissam esse à dictis. S. in dd. 2. pagis & ex causa iniusta, quod eis non licuerit armata manu alienum territorium inuadere, atq; inde incolas vi abducere conari. Ut etiam statuamus culpam ex hæc vi ab illis commissam. Propterea quod delicta commissa. & ab A. A. A. d. C. non contineri, vnder die finis Handgedinge/ atque ita sub mero imperio S. ea que de causa modum excellit à d. S. præsertim cū non sit probatum sufficienter dictum K. à dicto A. ita verbatum, ut languis ex plaga profluxerit. Ita enim ipse tantum K. & virus testis de auditu deponit. Reliqui vero qui vna fuerunt in Coniuicio dicunt, et habeant facta hæc non sunt qualificata super fracta pace. Nam etiā iniuste: d. Ampelente / & Schüren existimatunt sibi licere, dictos delinquentes abducere, tamen in probabili fuerunt errore, præstiti ad d. A. quod attinet, cum procul dubio, d. K. illis hoc significauit, se ita verbetarum à plaga atque affictam, ut inde languis profluat. Poterit tum etiam multam deberi S. scilicet, quatuor mensuras viii à testibus probatum est. Ac licet & vim & culpam admiserint, quod statim eum abducere voluerint, non ante ab eo multa exacta. Quod in hoc casu fieri debet stylus ostendit; tamen non inde præsumptus dolus arguitur, nemus expressus probatus est. Cum euam si latam culpam commisisset, ex qua dolus tamen præsumitur, non famen constaret de dolo, argumento. l. illud. in princ. & ibid. gl. de liber. causa. l. 2. § hæc actione. vi bonorum & capti. l. si de eo § fin. de acquir. possess. Myns. obser. 80. cent. 4. Quia nec ex vi publica infertur Dolus manifestus, aut probatur violatio pacis publicæ Myns. cent. 1. obs. 40. Gail. d. obs. 13. Cum igitur hoc nostro casu qualitas violatæ pacis publicæ, per

per quam factum informatur l. non solum. §. sed ut probari de nou. operis nunciat. Alex. conf. 82. nu. 14. vol. 3. Curtius senior. conf. 59. nu. 7. Paris. conf. 27. nu. 75. lib. 2. non sit ab Actoribus probata quæ fundaret nostram iurisdictionem, eaq; deficiere, ipsa actio non competit, concludit actione non probatam.

Quid pronunciandum in hoc punto citationis, II eti Myns. d. obf. 27. cent. 2. & 98. cent. 3. tex veteribus annotationibus existimat, Reum cum expensi absoluendum, tamen & ita obseruatum est per multos annos, ut in initia præjudicis ostendi potest. Geil tradit d. c. 13. nu. 12. & 13. ab intentata actione Reos absoluendos. arg. l. 1. de vi. & vi armat. Alex. conf. 56. vol. 2. nu. 1. Et ita obseruatum in hoc senatu in causa der Herm vō B. cōtra W. 5. Octob. An. 62. Itē 7. Octob. An. 69. B. contra S. Nonnunq; tamē adiecta fuit clausula teseruatoria, plerūq; vero omissa, ut ostēdit in sua sententia. A. cōtra S. ita obseruata in causa R. contra M. in causa K. contra W. 20. Septemb. An. 66. & alia præjudicia referuntur à Geil, d. c. 13. tamen non putat hic locum esse clausula reseruatoria, licet adiunxerit & accumulauebit alias pœnas in iure communi. in d. petit. summa ria: Nam hæ accedunt principali petitioni super banno: Itaq; illa qualitate, qua principaliter nititur deficiente, & nec eius quod inde pendet ratio habetur, Myns. d. obf. 80. quod ita intelligit, cum eius culpæ cognitio ad alium pertineat iudicem, atq; hic plane nulla qualitas intercessit, qua factū hoc, contra dictam constitutionem commissum dici possit, secus est, si aliqua qualitas eiusmodi interueniat, nam tum habita ratione circumstantiarum iudex ex arbitrio & prudentia sua, vel pœnam banni in arbitrariam commutare, vel aliam pœnam iuris communis irrogare potest, & huius rei multa existant præjudicia.

Ad expensas quod attinet, licet sibi placuerit in sua sententia quam dixit, cum de hac constitutione in pleno senatu ageretur, compensandas putaret, quia litigatores imperitia adiutoriorum adducti, supra constitutione processus petierunt tamen ut in antiquis annotationibus & Myns. & Geil. dd. ll. notatum, absolutio fieri debet, cum expensis propter defectum iurisdictionis, & qualitatum in hac constitutione necessaria & non probatam, secundum regulam iuris. l. properandum, §. siue autem. C. de iudicio, Hypol. de Marsil. ad rub. C. de 14 probat. n. 454. Invenitamen & in nonnullis causis expensas compensatas, præjudicia recitauit in caus. A. contra S. In hac vero hypothesi nulla videtur iusta esse causa compensandi expensas, sed & stylū & obseruationem & ius cōmune sequendum salvo Dominorum Cameralium iudicio.

Alter processus est, in punto mandati de restituendo in quo. n. 4. petit, Reos in pœna mandato inserta declarari, scilicet 10. Marc. aur., aut ut satisfaciat mandato, eidemq; pareat. Porro ad petitionem quod attinet, illa plane locum habere nō potest, quia mandatum hoc extractum est cū clausula iustificatoria, cuius pœna cōparentibus Reis euaneat, & quoad partem resoluitur in vim citationis simplicis, atq; in hoc nostro casu Rei cōparuerunt, & facti sui defensionem pposuerunt, nec ea contumaciā Rei commiserunt, vt postea mandatum fuissest a iudice. Atq; ita ad iudicium quoque quod attinet, hoc mandatum absorptum

est (quia plus in effectu est in mandato ita resoluto, quam in simplici citatione.) Verum quia adiecta est clausula salutaris in meliori forma, & potest & debet iudex, id remedium actoribus quod iis maxime utile est.

Statuamus igitur Reos ad restitutionē damnum, vt debebant egisse. At tum prima quæstio est, an Abbatii & conuentui ea de causa hoc remedium competierit (in facto ausf dem Landfriede) at quidē clericos immediate imperio subiectos, ciuiliter ob fractam pacem ad restitutionem bonorum ablatorum & compensationem & damnum in Camera agere posse, tradit Gail. c. 8. nu. 12. lib. 1. Quod quotidie vsu huius iudicij solet obseruari: tamen existimat d. abbatem reos nostros nō recte conuenisse: Nam regula illa tum demum locum haberet, quando Ecclesiastice personæ solenniter protestantur, se non ad pœnā banni, sed tantum ciuiliter, ad bonorum & ablitorum restitucionem agere velle. Geil. d. c. 8. n. 14. Tantū vero abest, vt hic Abbas & conuentus protestati sunt, sed disertis verbis petitionem suam ad vindictam publicam & pœnam banni intensarint: An huic mandato locus sit? Respondeo multum interest, vitrum principaliter mandata de relaxando & restituendo simpliciter, an per consequentiam sint directa, priori casu etiam sine citatione olim, hodie vero cum citatione ad videndum sine clausula etiam decerni possunt. Exempla huius rei in causa der Graffinen vō M. contra Marchionem B. & consortes. Von wegen des entsurten jungen Graffen von M. hic nuper vff den Religions Frieden & quæ constitutio & equiparatur constitutioni pacis publicæ, decretaliter sunt mandata sine clausula & sub pœna banni veluti in causa S. contra B. Primi 2. & 3. mandati vff den Religions Frieden / item 2. contra A. & L. sic super pœna banni sunt decreta eventualiter mandata, N die gesangen/ contra Marggraffen A. & E. N. eodem die contra eundem (sunt iudicialiter ex fandt) item in causa Episcorum & N. contra Marchionem A. Hoc autem tum demum procedit, cum factum est commissum in constitutionem pacis publicæ vel religionis esset, aperte & plane constat: nam cum vel relaxandi sunt capituli, vel restituenda ablata, retocanda interdicta & prohibita non satis constitutur implorantibus ex hac constitutione, sed mandatis opus est. Porro principalis pœna constitutionis est pœna banni, atq; tum mandata sub ea pœna incipiunt, atque hanc suam sententiam pluribus deduxit in dictis causis tribus mandatum contra B. cum mandata fuerunt decretata, ac in his recta procedi potest, & citatione ad videndum per consequentiam iis adiungitur. Hic quoq; mandata cum clausula aliquando citationi principali super constitutione solente adiici, quorum tamen eadem est ratio, & genus idem. Nam aut narrata eorundem quoque & facta sunt constitutioni pacis publicæ cōformia atque ita iurisdictio Cameralis in iis per se fundata de quibus Geil. c. 6. n. 6. & tum in eorum processu recte procedi & iudicari potest, quæcūq; sit citationis conditio, sic etiam similia mandata cū clausula adiungi possunt citationi vff den Landfrieden / si immediate imperio sunt subiecti, & in iis quoque nō habetur respectus citationis, sed pcedi & cau-

causa decidi potest. Nam & hæc mandata absque citatione per se decerni possunt, iuxta regulas communas, quia actor rei forum sequitur: In aliis vero casibus, quando principaliter citatio, vñf dicit Landfrieden & per consequentiā mandata impenetrantur. Putat cum principalis accusatio super pacis, &c. in puncto citationis non subsistit, nec accessorio locum esse, *i. cum principalis. de R. I. Panorm. in c. si quis contra clericum. n. 2. de for. competent.* Nā in his iurisdicō nostra nisi intuitu principalis non est fundata, vnde proper defectum qualitatis nobis iurisdictionem tribuentis, videatur absoluendus Reus perinde ac in puncto citationis, ita absolutio in utroque puncto facta est, in causa B. contra S. M. contra F. Anno 72. K. contra A. S. K. contra W. S. An. 70. 20. Septemb. B. & S. contr. H. B. contra M. II. Iun. Anno 72. F. contra B. Nec obstat diuersos processus institui in utroque puncto, quia referuntur hic distincti processus ad diuersos fines, principalis ad pœnam Banni: Accessorium ad pœnam pecuniariam: Ac hæc ipsa pœna pecuniaria argumento est, illum processum super fracta pace, principaliter institutum non esse; Nam ex ea agendum fuisset, super pœnas constitutionis in ea comprehensas, vel ad Bannum vel ad pœnam, 2000. marc. auri, vel coniunctim ad utrumq. Nā cumulari † posse dubium non est. Porro cum in huiusmodi mandatis accessoriis, (Myns. cent. 5. obs. 78. quam descriptis ex annotat.) litis sit contestatio, videtur iurisdictione nostra quasi protogari, atq; siccirco etiā pronunciandum esse super eis. Cæterè quin iniuste videtur vel lis contestari, vel post lis contestationem procedi. Cum defectus iurisdictionis in continenti videri & probari possit ex qualitate necessaria huius constitutionis. Quæ nostram iurisdictionem fundat, ac quidē maghi morēti hoc est. Ratio; Cū regulariter exceptiones peremptoriae impediunt litis ingressum. Verum ut tum ex annotationibus antiquis, tum ex Myns. d. cent. 2. obs. 27. & tent. 3. obs. 84. tū ex Geil. c. II. lib. I. n. 8. & seq. constat, in causis fracta pacis, exceptiones peremptoriae non impediunt litis ingressum siue eius contestationem: Quia ad merita cause principalis pertinent. At regulariter exceptiones pertinent ad principale negotium, nō impediunt litis contestationem: ordinat. part. 3. tit. 27. §. 1. peremptoria. C. sentent. rescind. non poss. Ideo nulla qualitas facti ante cæptum iudicium in huius mandati causis admittitur. Geil. d. loc. n. 9. Deinde & non habetur rum temporis tum etiam sumptuum & expensarum nec & duplicitibus disputationibus iudicis & partis ratio, Myns. d. obs. 27. cent. 2. Ad nostrum vero factum quod pertinet in puncto mandati, Actores voluerunt fundare iurisdictionem nostrā ex qualitate fracta pacis, vt xe 1. & 2. artic. videre licet. At illa qualitate non probata, Reus est absoluendus. Tantum vero abest, vt damnum datum qualificari possit, conforme sic constitutioni fracta pacis, vt eorum etiam ratione tit. 8. part. 2. de spoliis locus sit. Ad vinum enim quod attinet, vinum & l. videtur ex permisso A. vt aliqui testes deponunt, accepisse. Deinde quod ad mel nō est probatum; id per dictos Schützen absumptum vel effusum, nec ultra vna mēlura de fuit. Denq; quod ad hæc ipsa damna & Actorum Abtrag/

pottuissent ordinaria actione ex iure. Actores experiri, quanq; vt verū fateat, plures puto impensis & sumptus Actores suscepturos fuissent, quam quanti hoc damnum estimaretur, nec obstat adiunctas esse vinas & alteras parias iuris causas, quia, vt exposui in causa. F. contra B. principalem causam non subsistere & deficere principalem qualitatem constitutionis, secus aliquomodo esse videretur si nulla illatum pœnarum communium ratio haberetur, sed etiam Reus in puncto mandati absoluendus. Pronunciandum putat in utroque puncto, vt in causa R. contra M. & F. contra B. absoluendo Reos von Angestalter Klage/ dñs Landfrieden/ multa enim existant præjudicia de expensis idem statu. Quod ante in puncto citationis, clausulam reseruatoriā vult omittere, ne litigatores nouis litibus implicet, & alioquin ipso iure Actorib. ordinariæ Actiones saluæ sint.

### Salvo Dominorum iudicio.

D. K. Actum ex constitutione pacis publicæ coniunctim tam ad pœnam constitutionis, quam ad reparationem dannorum & interesse, vt ex utraq; summa petitione & probatorib. articulis videre est. Hoc seorsim & coniunctim fieri posse, ipsa constitutio. de An. 21. & 44. & Camera ordinatio. tit. 9. §. wir wollen auch / Myns. obs. 39. cent. 1. & obs. 34. cent. 4. & obs. 89. cent. 3. Geil. obs. 6. & 7. lib. I. de pac. publica. † licet seorsim ad damnum & spoliū agens ex d. constitutione, de An. 44. & Camera ordinatio. tit. 9. non minus constitutionis fracta pacis qualitates probare deberet, as si ad pœnam constitutionis ageret, alioquin censeretur simplex spolium, quod coram competenti & ordinatio tractandum est, vt p. 2. tit. 8. per tot. in ordinat. Rectius vero in puncto citationis quis dixerit esse accusationem, quam actionem, quia popularis est vbi omnes admittuantur, Dd. in l. t. §. vlt. de iniur. Myns. obs. 34. cent. 4.

### An probata?

Respondeo non, nec idem factum ipsum, prout narratur tale, vt fracta pax dicatur. Ideo absoluendum ab instituta actione cum expensis. Et licet Myns. obs. 27. cent. 2. obs. 9. 8. in fin. hoc casu reos à citatione cum refusione expensatum: Tamen hodie per Sylum Cameræ absoluendi ab instituta accusatione Geil. lib. I. de pac. publ. c. 13.

Quid in puncto mandati? Putat hic pronunciari ex causis vt in pleno disputatum. Geil. obs. 6. (vbi tamen cōcludit contra) lib. I. plane in hoc puncto mandati actores informiter non reparationem dannorum, sed reos in pœnas mandato insertas declarari, & eius medietatem sibi, vt patet ex petitione. Apparet autem mandatum eum clausula esse, quod resolutur in simplicem citationem. Geil. lib. I. obs. 5. n. 19. Itaq; vel ex hoc solo capite, posset quis dicere Reos esse in hoc puncto absoluendos. Nec enim in articulis probatorib. de restituendo articulatu, nec distinctim perit, quæ & qualia damna illata sunt, quod fieri debebat.

Cæterum ex clausula salutari, & quia in puncto citationis articulatum, dñs Rei sein Weinsfass ans gesteckē/den Wein vorschüttelt / an reo ad reparatione damni teneatur, concludit q; non probata damna: Quinimo instanter dicit damna illata esse;

## 96 Clas. X. Vot. III. Defracta pace & spolio.

esse, & facetur rotunde, daß er Wein habe auf-  
gelassen daß der Haffe mit Honig zerbrochen / &  
quis fecit non probatur, habe ihnen Wein ange-  
boten/alioqui in hoc puncto vellet Reos absolu-  
re, Actore enim non probante, reus absoluvi de-  
bet, Expensas in hoc punto magis ex æquitate  
quam rigore compensaret.

D.K. idem D.M. cum expensis. D.D. Idem.

Quasquam ab initio videbatur, quod cum  
<sup>21</sup> Dominos intelligat causam huc spectare † tan-  
quam non probatis qualitatibus. Reos absoluendos, i. fundi de excepti. rei iudic. Cum autem videat,  
Styli Cameræ, ita esse non simpliciter, sed ab in-  
stituta actione, quæ scilicet supra fracta pace fun-  
data, cum Domino Referente : expensas com-  
pensat.

D. S. vt Refer. stricto iure condemnandum in  
expensas. Compensat autem, quia putarat hos  
processus non fuisse decernendos.

### Sententia.

In angemarter Landfriedbrüchigen Sachen/re.  
Citationis vff den Landfrieden/ vnd mādari de re-  
stituendo, ist allem fürbringen nach zu Rechte er-  
stant / daß gedachte Beklagte / von Angestalter  
Klage in benden puncten zu absoluieren / als wir  
sie hicmit absoluiren / gemelten Eläger in die Ge-  
richtes Kosten/ des wege auffgelauffen/ nach richto-  
licher ermäßigung / zu entrichten vnd  
abbezahlen fällig er-  
theilende.

F I N I S.



**QPCARD 201**

© SUB GÖTTINGEN / GDZ | 2012/2013